BIBLIOTECA NAZ
LI
G
10

Digitized by Google

L1
S
10

Digitized by Google

AGATHIÆ
SCHOLASTICI
DE IMPERIO ET REBUS GESTIS
JUSTINIANI
IMPERATORIS
LIBRI QUINQUE.

Digitized by Google

ΑΓΑΘΙΟΥ
ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
ΒΙΒΛΟΙ ΠΕΝΤΕ.

AGATHIÆ SCHOLASTICI
DE IMPERIO ET REBUS GESTIS
JUSTINIANI IMPERATORIS.
LIBRI QUINQUE.

Ex Bibliotheca & interpretatione BONAVENTURÆ VULCANII, cum NOTIS ejuſdem.

Acceſſerunt ejuſdem AGATHIÆ *Epigrammata, cum Verſione Latina.*

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.
M. DCC. XXIX.

Bibliothecae Domus Prof. Neap. Soc. Jes.
Catal. ingcript.

PHILIPPO V.

HISPANIARUM REGI

CATHOLICÆ RELIGIONIS ADSERTORI.

SI quod Opus litterarium eſt, PHILIPPE Rex maxime, quod Regiis auſpiciis dignum videatur, una eſt Hiſtoria Byzantina, quæ magnitudine molis & rerum præſtantia non Liber, ſed

Bibliotheca dici poteſt. Itaque nemo mirabitur, me, qui rem tantam aggredior, quantam ne ipſæ quidem Typographorum Societates longe ditiſſimæ auſæ ſunt, conatui parem quæſiſſe Auſpicem. Sentio enimvero Regiæ Majeſtatis celſitudinem; ſed non tam me illa deterret, quam indulgentia allicit, quæ magnos Reges ſemper comitata eſt. Quicumque autem ego ſim, non me quidem, ſed magnam hanc Scriptorum nobiliſſimorum catervam ſpectare debes; quæ olim, cum primum prodiret, LUDOVICI Magni Avi tui præſidio feliciter uſa, nunc eo ſublato, qui ſupra mortalitatem poſitus videbatur, ad Nepotem tantarum virtutum hæredem ſua vota convertit. A Gallo porro ad Hiſpanum tranſit, fortunam amplificatura, non mutatura. Tu enim is es, qui duas has florentiſſimas Nationes gloriæ contentione jamdiu certantes, & quod conſequitur, ingeniis ſtudiiſque diſpares, incredibili quadam ac prope divina prudentia conciliaſti; & in tot tantiſque longiſſimi ac periculoſiſſimi belli viciſſitudinibus effeciſti, ut nec Galli niſi de Hiſ-

panis, nec Hiſpani niſi de Gallis ſolliciti eſſent. Nunc rebus vel compoſitis, vel pœne compoſitis, quid eſt reliquum, niſi ut artes ac diſciplinas ad populorum tuorum felicitatem promoveas? Regno tam longe lateque fuſo numquam deerunt opes: ſed, quod opes ipſas regere poteſt, & ad humani generis uſum accomodare, rectum de rebus omnibus judicium, a litterarum ſtudiis proficiſci debet, litterarum ſtudia a librorum & librariorum tutela. Debes hoc divinæ providentiæ, quæ Domum tuam ſupra reliquos Europæ Principes pulcherrima prole fortunare voluit; ut jam non modo Hiſpano Regno in ſeram poſteritatem ſuffectura videatur, ſed aliarum quoque provinciarum ſpem & expectationem commoveat. Non potes ingenti huic Dei opt. max. beneficio aptius reſpondere, quam ſi tu quoque, exemplo ejus, mortalibus benefacias; in eoque maxime benefacias, in quo appareat, quantopere privatorum tenuitati Regia amplitudo præcellat. Ars hæc noſtra, Philoſophiæ, Theologiæ, ſacri civiliſque Ju-

ris, totiuſque Sapientiæ adminiſtra, privatis opibus & conſiliis ſtare nequit : nec vero ego tam ingens Opus movere auſus eſſem, ſi de me tantummodo cogitaſsem. In humanarum rerum faſtigia oculos mentemque conjeci; & quod in primis mihi præfulgere viſum eſt, eo tamquam ſidere , quod fauſtum fortunatumque eſset, moliri cœpi. Ades igitur homini (ut veterum Hiſpanorum more loquar) devoto Numini Majeſtatique tuæ; induſtriamque meam in re tam gravi occupatam Regio nomine tege , auſpicio fove , præſidio ſuſtenta.

Bartholomæus Javarina
Typographus Venetus.

HISTORIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ

CURIOSIS INDAGATORIBUS

S. P.

Byzantinam Hiſtoriam, multitudine rerum mirabilem, varietate jucundam, diuturnitate temporis ſpectabilem, ac Veteri Romanæ tantum non parem, ut amant, colunſque ſtudioſi omnes; ita libros, quibus illa continetur, avide ambiunt exoptantque. Sed fruſtra jamdudum illos vacui fere omnes Bibliothecarum foruli expectant. Cum enim maxima pars nobilium illorum Hiſtoricorum cum blattis adhuc tineiſque luctetur in pulvere & ſitu Manuſcriptorum Codicum; qui vero hactenus publicati ſunt, vel Latine tantum, vel Græce tantum apparuerint, & ſi qui Græce ſimul ac Latine excuſi ſunt, diſpari admodum forma, charactere diſſimili, diverſis diſſitiſque a ſe invicem locis temporibuſque prodierint; inde factum eſt magno litterarum incommodo, dicam & litteratorum damno, in tanta penuria, quæque indidem orta eſt, talium mercium caritate maxima, ut beatus ille merito cenſendus ſit, non qui omnes, ſed qui quamplurimos eoſque deformes ac mancos, quovis pretio, ſummaque diligentia potuerit ſibi comparare. Eam ob cauſam, pluresque alias, quas quivis facile conjicere poterit, cum Regiis Typis, eademque omnino voluminis forma, omnes, quotquot uſpiam gentium hactenus editi ſunt, & in Bibliothecis Vaticana, Regia, Barberina, Mazarina, Seguieriana, Memmiana, Thuana, Puteana, Petaviana, Collegii Pariſienſis Societatis Jeſu, aliiſque quamplurimis privatis publiciſque noſtro doctorumque virorum ſtudio reperiri potuerunt, publicam in lucem emittere decreverimus, nobiſque quædam etiamnum deſint ad perfectam omnique ex parte abſolutam Byzantinæ Hiſtoriæ editionem, operæpretium viſum fuit brevem conſilii noſtri, atque apparatus indiculum texere, neque tantum Excerptis Legationum, veterum Hiſtoricorum Eclogis, Theophylacti Simocattæ Hiſtoriarum libris octo, ac Nicephori Conſtantinopolitani Patriarchæ Breviario Chronico (quæ omnia uno ſimul volumine compacta, ac variis Eruditorum Virorum Annotationibus Obſervationibuſque de novo illuſtrata, modo prodeunt in publicum) veluti Galeatum quemdam Prologum præfigere, ſed etiam ſeorſim vulgare, ac undequaque, per univerſam maxime Europam, Orbemque Chriſtianum diſpergere, ut qui in diſſitis a Gallia Regnis remotiſque provinciis habitant, neque facile res noſtras conatuſque reſcire poſſunt, hoc veluti dato ſigno intelligant, quos ad hanc uſque diem Conſtantinopolitanæ Hiſtoriæ Scriptores Luparæis characteribus ediderimus, quos ſub prælo habeamus, quoſque propitio Numine, & aſpirantibus favore ſuo atque

humanitate bonis omnibus, emiſſuri deinceps ſimus. Agitedum, viri per orbem univerſum litterati, litterarumque amantes ac gloriæ, expromite quidquid apud vos latet in angulis, excutite pluteos Bibliothecarum, angulos ſcrutamini, muſæa circumſpicite, amicos familiareſque veſtros monete, urgete, impellite: & ſi forte quid ad inſtitutum noſtrum accommodatum nacti eſtis, aut vitiate illico, ſi tam propenſa in vobis efflorefcit humanitas, ac de litteris bene merendi voluntas, aut ſaltem ſcriptis in hanc urbem litteris ad Sebaſtianum Cramoiſy *Architypographum Regium, & Typographiæ Regiæ Curatorem, alioſve vobis notos ac familiares, conſilij veſtri liberalitatiſque rationem ſignificate. Hoc enim poſſumus polliceri, tanti beneficii benefactique memoriam, Regiis Typis expreſſam, toto orbe vulgandam, & apud poſteros omnes, quovis marmore atque ære perennius duraturam. Neque enim permittemus unquam, ut ullius nomen oblivioni detur, qui laudabiles conatus noſtros, totique reipublicæ litterariæ perbonorificos juxta ac ſalutares promovere vel leviter tentaverit. Valete.*

Lutetiæ Pariſiorum, e Collegio Claromontano Societatis JESU, Kalendis Januariis anni Æræ Chriſtianæ M. DC. XLVIII.

Omnium ſervus in Chriſto obſequentiſſimus
PHILIPPUS LABBE SOC. JESU.

Digitized by Google

ALOYSIUS MOCENICO DEI GRATIA DUX VENETIARUM &c. Univerſis & ſingulis Magiſtratibus hujus Urbis Noſtræ Venetiarum, nec non rappræſentanribus noſtris, eorumque miniſtris, præſentibus, & futuris, ad quos Hæ Noſtræ pervenerint, & earum execution ſpectar, vel ſpectare poterit, ſignificamus hodie in Conſ. Noſtro Rogarorum captam fuiſſe parrem tenoris infraſcripri, videlicet: Rilaſciò queſto Conſiglio dall' informazione giurata hora letta de' Reformatori dello Srudio di Padova la conſuetudine di annuir all' inſtanza di chi implora ſtamparſi ſolo qualche Libro, da cui poſſa riſſulrarne molto vantaggio, ed ornamento a' Letterati. Con rali conſiderazioni però ſi permette a Bortolamio Giavarina Libraro di poter, come ſupplica, ſtampar, e vender eſſo ſolo per il corſo d'anni otto il Libro inſigne, inritolato De Byzantinæ Hiſtoriæ ſcriptoribus, ptoponenre P. Philippo Labbe Biturico Soc. Jeſu: opera, che ridotta dal lungo corſo del tempo in numero molto riſtretro, s'è poſto all' impegno, con grave ſuo diſpendio, d'ampliare. Non doverà pertanto queſta, durante eſſo rempo, da chi ſi ſii altro, nè nella Dominante, nè fuori nello Stato Noſtro, eſſer riſtampata, e venduta, ſotro pena a chi contraveniſſe, di Ducati cinquecenro, d' eſſer dato un Terzo de' quali al Denuntiante; e gli altri al Magiſtr. che ingiongerà il levo della pena, e all' Arſenal Noſtro. Quare auctorirate ſupradicti Conſilii mandamus Vobis, ur ira exequi debeatis. Daræ in Noſtro Ducali Palatio Die vigeſima Februarii MDCC. XXVIII.

Bortolamio Giacomazi Seg.

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduro per la Fede di Reviſione, & Approbatione del *P. F. Tomaſo Maria Gennari Inquiſit. Genr.* nel Libro Intitolato. *De Byzantinæ Hiſtoriæ ſcriptoribus, proponente P. Philippo Labbe Biturico Soc. Jeſu*, non v'eſſer coſa alcuna conrro la Santa Fede Cartolica, & parimenre per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza a *Bortolamio Giavarina Stampatore*, che poſſi eſſete ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venetia, & di Padova.

Dar. 20. Febraro 1728.

(*Gio: Franceſco Moroſini Kav. Ref.*
(*Andrea Soranzo Proc. Ref.*
(*Pietro Grimani Kav. Proc. Ref.*

Agoſtino Gadaldini Seg.

POSTERITATI

GALLIA ET HISPANIA
FUNESTISSIMIS BELLIS
ANNOS SUPRA VIGINTI
DISTRAHEBANTUR:

JULIUS

MAZARINUS

DEPLORATAM PACEM
EXCITAVIT UNUS:
ET BEATAM TRANQUILLITATEM
QUA' QUA' PATENT LATISSIMA DUO REGNA,
FELICITER IMPARTITUS EST.

INGENS FACINUS
ADUMBRARE CERTATIM CONTENDIT
ORATORUM ET POETARUM
INFINITA NATIO:
VANUS UTRORUMQUE LABOR.

HOC NUDO ET CONTRACTO
PANEGYRICO
ASSERIT
EMINENTISSIMO PRINCIPI
IMMORTALITATEM
IMMORTALITATIS PARENS
TYPOGRAPHIA REGIA.

Scribebat ad Prælum,
EMINENTIÆ SUÆ ADDICTISSIMUS
SEBASTIANUS MABRE,
Ex filia Nepos SEBASTIANI CRAMOISY,
Typographiæ Regiæ Curatoris.

ILLUSTRIBUS
AMPLISSIMISQUE VIRIS
ORDINIBUS
HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ,
DOMINIS POTENTISSIMIS.

CUM variæ ſint artes ac ſcientiæ, ſocietati generis humani conducibiles ac neceſſariæ, Illuſtres ampliſſimique Viri, maximam profecto laudem merentur ii, qui ad eas perdiſcendas & ad publicam utilitatem accommodandas omne ſuum ſtudium atque operam conferunt. Proxima eſt eorum laus quorum labor omnis atque induſtria verſatur in linguis auctoribuſque quibus illæ ipſæ artes ſunt tractatæ nobiſque traditæ excolendis atque illuſtrandis, quique vel veteres ſcriptores Græcos e ſitu & ſqualore eruunt & in lucem proferunt, vel jam antea editos, ſed male ab indoctis interpretibus habitos, refingunt, & priſtino ſuoque nitori integritatique reſtituunt. Quod quidem ſtudium tametſi ob exiguam

quæ inde affulget lucri ſpem perpaucos hodie habet ſectatores (plerique enim eas artes ſequuntur, e quibus facilis eſt ad opes & honores curſus) mihi tamen, qui ſtudiorum dignitatem non privato quæſtu ſed publica utilitate metiri ſoleo, mirifice ſemper placuit. Utilitatem vero quam hoc ſtudii genus ſecum traxit longe maximam quis obſecro eſt adeo rudis ut in dubium vocet? Si enim hoc in confeſſo eſt ex veterum Græcorum fontibus doctrinam omnem eſſe hauriendam; quis non videt quanti interſit ut illi ipſi fontes puri atque illimes conſerventur; Quantopere vero eos contaminarit atque polluerit craſſa nonnullorum interpretum inſcitia, nemo eſt etiam infra mediocritatem doctus qui neſciat; ſenſique ipſe cum in aliis multis auctoribus, tum vero præcipue in Cyrilli Alexandrini Theſauro, & divinis illis de Trinitate libris, in quibus nihil fere agnoſco Cyrilli preter nudum illius nomen. Hanc itaque Spartam, ut ita dicam, linguariam, hoc eſt interpretandi Græcos auctores & in Latinam linguam convertendi rationem, veluti genio naturæque meæ convenientiorem ſemel amplexus, dedi operam hactenus ut pro virili ornarem; & quidem non pauca veterum auctorum Theologica, Philoſophica, Hiſtorica Poeticaque ſcripta partim antea non edita Latine verti, partim edita quidem, ſed ita ut ἀνεκδότοις ἐναλίγκια merito cenſeri poſſent, nova interpretatione donavi, non exigno, uti ſpero, rei litterariæ bono: tametſi ex iis quædam, neſcio quo malo fato, magno certe meo cum dolore, neque minore cum incommodo publico, ſummoque multorum doctiſſimorum virorum deſidetio, totos jam quindecim annos apud Typographum, cui ea excudenda dederam, hærent. Nunc vero Agathiam hiſtoricum optimum, qui Juſtiniani Imperatoris res geſtas poſt Procopium Cæſarienſem eſt perſequutus, Græce antehac numquam typis editum, in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum ſuæ ætatis doctiſſimum, quique unus illam ζηλωτὸν ἔπαινον, hoc eſt Poeticen cum Oratoria ita conjunxit, ut dubium ſit in utra magis excelluerit; in utraque certe non dubiam de omnibus ſui ævi ſcriptoribus victoriam reportavit. E cujus editione plurimum & Hiſtoriæ & Græcæ linguæ incrementi ornamentique eſt acceſſurum. Quum enim varia graviſſimaque bella adverſus populoſiſſimas potentiſſimaſque nationes, Francos ſcilicet, Gothos, Vandalos, Hunnos, & Perſas geſta deſcribat; tum vero de eorum moribus atque inſtitutis, ac præcipue de Perſicorum regum genealogia ac politia, multa commemorat ſcitu digniſſima, quæ apud alios ſcriptores nuſquam reperiantur. Stilus ipſe plane eſt floridus atque amœnus, multis ſententiarum luminibus illuſtratus. Verbis vero utitur ſelectiſſimis, & frequenter a communi uſu ac ſignificatione remotis; adeo ut Svidas diligens Gloſſographus poriſſimam Lexici ſui partem ex hujus ſcriptis concinnarit. Hunc itaque Agathiam ſcriptorem luculentiſſimum, quem olim Perſona ita lutularat ac deformarat, ut quicumque eum attingeret meriro exclamarer, Aquam manibus; διαπόρωτον nitidioreque habitu a me donatum vobis, Illuſtres Ampliſſimique Viri, merito inſcribendum dicandumque exiſtimavi: Primum, quod ex hac veſtra Academia in lucem prodeat; in qua quum jam tredecim circiter annos veſtro beneficio honeſtiſſimo hoc otio litterario fruar, vehementer me officio meo defuturum putavi, niſi darem operam ut exſtarer publicum aliquod ſingularis meæ erga vos obſervantiæ gratique animi monumentum: deinde, quod non indignum vobis hoc munuſculum litterarium judicarem, cum ob auctorem ipſum, qui apud doctos omnes ſummo ſemper fuit in pretio, tum vero magni illius Imperatoris, cujus hiſtoriam ſcribit, nomine; in qua quidem hiſtoria multa conſcribuntur ſapienter ab illo prudenterque excogitata, feliciſſimeque perfecta; e quibus nonnulla,

uti ſpero, in uſus veſtros convertere poteritis ad florentiſſimam Rempublicam veſtram ſtabiliendam & nominis veſtri celebritatem, quæ rerum pro libertate tuenda geſtarum magnitudine longe lateque eſt propagata, magis magiſque augendam. Mihi interea nihil gratius accidere poterit, quam ſi intelligam ſtudium hoc meum vobis, Illuſtres Ampliſſimique Viri, probari; magnumque mihi honorificum judicium veſtrum calcar addiderit ad alia id genus vererum Græcorum monumenta e Bibliothecæ meæ penu depromenda & Latine vertenda publicoque communicanda.

Deus Opt. Max. Illuſtres Ampliſſimique Viri, Reipublicæ ejuſque ſeminario Academiæ vos quam diutiſſime ſervet incolumes. Lugduni Batavorum, Anno Domini M. D. XCIIII. Kalend. Januariis.

ILL. DD. VV.

Addictiſſimus BONAVENTURA VULCANIUS.

IN AGATHIAM
A BONAV. VULCANIO EDITUM.

Ἀγαθίας λῶ μὴ πολύϊσον ῥύσατο βίβλῳ
Πέρσας τ' Περσῶν ἔργα παλαιγενίων,
Λισσὸν παυδαμάτωρ, τ' οὐξ ἀμάθων μέλαινα
Πέρσας τ' Περσῶν ἔργα παλαιγενίων.
Ἀγαθίαν δ' λῶ μὴ Βυλκάνιος ἔξιλε λάθης,
Ἀγαθίαν λάθης ἀμφικάλυφε κόνις.
Καί κε πολύς ποτ' ἄλαι, Βυλκάνιε, σεῖο ἕκητι
Ἀγαθίᾳ τε χὠ ὦρτο τ' ἐσοῦ.
Νῶϊ δ' ἄμφω διατοῖσιν ὀφείλετον, ἐσοῦ μὲν
Ἀγαθίᾳ πλεῖον, σοὶ πλέον, Ἀγαθίας.

ΙΩΣΗΠΠΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΣ ΙΟΤΛΙΑΔΗΣ.

AGATHIAS *ni jam faſtis prius aſſeruiſſet*
Perſas, & veterum Perſica geſta ducum,
Tempus edax, & vis ſæclorum aboleret opaca
Perſas, & veterum Perſica geſta ducum.
Ni leibo Agathiam eriperet Vulcanius, olim
Agathiam leibi conderet alta cluis.
Et jam, Vulcani, propter te, maxima rerum
Lis foret Agathiam inter, & Hiſtoriam.
Sed devinxerunt ambos duo. Plurima debet
Hiſtoria Agathiæ, plura tibi Agathias.

JOSEPHUS SCALIGER JUL. CÆS. F.

AD DOCTISSIMUM VIRUM

BONAVENTURAM VULCANIUM

GRÆCARUM LITTERARUM IN ACADEMIA

Lugdunenſi apud Batavos Profeſſorem.

QUOD me Vulcani carmen doctiſſime poſcis,
Fruſtra es: ceu vivam ex pumice aquam elicias.
Non mihi tam proclivis bonos eſt ſcribere verſus,
Quam tibi ſcriptores reſtituiſſe bonos.

FR. DUYCKIUS COS. Leyd.

IN AGATHIÆ HISTORIAM

A CL. V. BONAVENTURA VULCANIO

GRÆCE ET LATINE EDITAM

HIEREMIAS BASTINGIUS S. T. D.

ET COLLEGII THEOLOGICI REGENS.

ÆNEAS *debet vitam poſt fata* MARONI:
INDUPERATOR *ovas Hiſtorico* AGATHIA.
Gloria nam major tanto eſt tibi: ficta Poeſis
A vera quanto vincitur Hiſtoria.
Macte ſed o virtute tua dilecte Camœnis
Qui clarus volitas docta per ora virum
VULCANJ, *quem non ullos ſubjiſſe labores*
Tæduit, æternum ut viveret AGATHIAS.
AGATHIAS *inquam, Graiis ut cognitus olim*
Nunc Graiis pariter cognitus & Latiis.
Sic quondam de te eſt meritus doctiſſime Rhetor
Romanæque decus QUINTILIANE *togæ.*
POGGIUS; *hunc quamquam ſuperas hoc nomine, culta*
Quod per te gemino ſplendeat AGATHIAS.
I nunc MOME *crepa, & male carpere deſine, qui te eſt*
Paſſibus innumeris doctior & melior.
Vos autem PROCERES, *quibus hæc monumenta dicantur,*
Ut veſtro maneant tuta ſub Imperio,
Hunc redamate virum, tuque o BATAVIA *gaude*
Lucem ex te AGATHIAS *quod redivivus habet.*

PAULLUS G. F. P. N.

MERULA.

QUID *hic recens Scriptoris orti contuor?*
Proles cluor Agathi. Ominis nomen boni
Adnoſco. Nam qui audit bonus, plerum bonus eſt,
Quique a bono natus, bonus ille plurumum.
Lares mihi Smyrnæ paterni, quæ ſuum
Civem eſſe Homerum, principem vatum omnium
Princeps probavit olim & ante cæteras
Quæ iniverant certamen, urbis Græciæ
Fere eſt, ut adſim ab inferæ ripa ſtygis.
Quæ Morta te preſſit faviſſis circites
Mille ampliuſque obliviosis? ploxeno
Quæ Fors ſilente, docte fœtus, te obruit?
Incommodo maloque maxumo omnium,

Cordi quibus curæque gesta quæ retro.
Immanisas Gothorum & Hunnorum fera
Med æviterno manciparat carceri;
Ut, quidquid a satis mihi vitæ super,
Inglorium essis atque squale sordidum.
At unde tantum sævitati? Luctuum,
Quibus nec umquam finis esset nec modus,
Causam me eis certissumum monerat fore
Ecfata vatum, quos adiraut, dictio
Immersi enim crudele mærorum mare,
Es conscii, quæ non semel passi, jugum;
Non nesciebant percisi, me nascier,
Quo noscier docente debebant trucum
Clades avorum, lancinasi corporum
Artus, positum næniæ cadæverum,
Atrociumque vastisates funerum:
Quo noscier docente posteros, ducum
Justiniani Principis victoriæ,
Et fixa de victis Trophæa phalangibus,
Actique superbiser Triumphi nobiles.
Hinc nasus olim lacrumarum fons mihi.
As serio. sero licet, Vulcanius,
Misertus infortunii nuper mei,
Multa incalasus, audiis miserum, preco,
Specus, quibus claudebar, altos pertudit
Me duxit endo primus oras luminis,
Et fecit, us me totus orbis perlegat:
Sive hoc voluntas, sive nolunsas fuas,
Quorum efferata mente diræ mi dies,
Plenæ ægrisudinumque sæpe luxerunt.
Nec me modo artis liberavit vinculis;
Sed & polivit arte, quod fuit potis,
Docta, &, quod instar muneris magni mihi,
Fecit bilinguem quæ unilinguis vix eram.
Felix tui adsertore juris ter quater,
Felix viri polite tansi dexsera:
Linguis fruare & luce, parta quæ tibi,
Ducente & auspicante summo vindice.
Vicem refer, tuique nomen vindica
Ducis Auspiciique ab Luce temporaria,
Linguæque perde virulentas, qui malè
Male sibi tuoque vindici volune.
Ast Gothus, Hunnus, Francus immensum fremant
Quantum, cruenti cæde nupera manus;
Redhostiendum, quæ patrare hostilia.
Gothus Pattumque & dissipator Pignerum,
Hunnus senum & sævus nefrendum carnifex,
Es Francus haustum faucibus sanguen vomens,
Fremant frequente strage se pavirier,
Fremant sibi tam crebra stigi volnera,
Crebras suorum audirier mortes fremant.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΤΥΧΕΑ ΗΦΑΙΣΤΟΝ ΕΚΑΙΔΟΝΤΑ
τὸν ΑΓΑΘΙΑΝ ὃς χρόνῳ χυδὸν ἐφανιδίωτα.

ΠΕΙΘΟΤΣ διλξυόν τερετίσματα δαίδαλα τύμβῳ
(φῶς χυρὸς φθονερῷ) κεύθετο λυθυδίνης
Ξύλλαβων Ηφαιστος , πυρσὸν παλινάγρετον ἄψας ;
Ορφνωτι σκιδάσας ως πρόμος ἱδρωσιόνς.
Δὸς ῥαπίδ' Ηφαίστῳ πτερόεις διαγερτικὸν Ερμυ
Λείπται , ἴσα φέρων ἐκ εἴος τὸ πίλεις.
Σὺ φθιμένον ζωγρεῖς ἐπικύκλιον αὖθις ἴοντα·
Ος δὶ τοχμεῖται ἔτρωτα , γομφοπαγῆ.

ΜΟΛΙΝΕΟΣ.

AD CLARISSIMUM VIRUM
D. BONAVENTURAM VULCANIUM.

CONJUNCTAM *Marti Venerem quondam indice Phœbo*
Vulcanus tecto ut ſenſit adulterio,
Exemplo exarſit; laqueoſque & dædala nectens
Retia, in amplexu detinuit medio,
Admiſitque Deos. Dudum latuere repoſti
Auguſti Annales, Perſicaque hiſtoria,
Pluraque, Muſæo quæ dudum emblemate ſtruxit
Indelibatus flos populi AGATHIUS,
Nec ſpes ulla fuit, poſſe unquam lumen epiſci
Extracta ex atris Invidiæ tenebris,
Quum tu illa in dias produxti luminis auras
VULCANI, *plures pectore habens genios.*
Felicem o Sortem! Vix te duo numina poſſunt
Unum, cum Phœbo Lemnius exprimere.
Vidiſti abſtruſum: Phœbus videt omnia primus.
Per te alii: nempe id Mulciberis proprium eſt.
At tu dum tenebris alta & caligine merſum
Extemplo virga proſtrabis in medium,
Dumque idem interpres Latio facis ore loquentem,
Unus fis gemino nomine Mercurius.

PETRUS BERTIUS.

RICHARDUS THOMSON.

QUO me CALLIOPE vocas
Intermiſſa diu? parce precor, precor.
Non ſum qui bene nervias
Gubernem, artifici aut barbiton barmoge.
Defunctam paries chelyn
Jam pridem, & citharam ſervat inutilem.
Quin ſi MULCIBEREM paras
Clarare egregiæ laudis adorea,
Et cælo Inferere arduo
Vectum perpetui carminis alite.
Ecquis CALLIMACHO prior?
Qui lauru Latia implicitus comas
Vates, Elyſiis jugis,
MUSÆO potior, carmina dividit.
Cujus ſi citharæ tamen
Aptari nequeas MULCIBER: inclytum
Quamvis illa DIESPITREM
DIANAM, & teneras aurea, VIRGINES
Et PHŒBUM celebret patrem.
O divum, o hominum CALLIOPE quies
In Collem hinc HELICONIUM,
MUSARUMQUE choros tranſfer amabiles.
Ut miſtus DEA, GRATIIS
Ad dextrum ſedeat clarus APOLLINEM.
Mox lauru POLUHYMNIA
Veſcentem reſonet præpete barbito.

IDEM.

AGATHIAM ut vidit cælo BELISARIUS alta,
Qua ſacra JUNONIS lacte reſperſa via eſt;
Jam terſum prodire, & docto pumice raſum,
Atque adeo amiſſæ jam reducem patriæ;
Quas, inquit, referam grates tibi magne virorum
VULCANI, cujus munere, & ingenio
Nunc vivit bonus AGATHIAS: EGO denique factus
Clarior, ereptos non querar hinc oculos?

IN AGATHIAM
A BONAVENTURA VULCANIO,
INTER DOCTOS NOSTRÆ ÆTATIS PRINCIPES
Viro clariſſimo, editum & reſtitutum.

CARMINE *Pierio* VULCANI *fundere laudes*
Eſt operæ pretium; mea ſtant præcordia Phœbo.
Arduа molimur: rerum ſapientia Pallas,
Quæ ſacra doctarum prudentia fontigenarum,
Et rationis apex, ſine qua tentata labaſcunt,
Deprecor ad ſuetum dignata illabere tonus.
Feralemne canam eladem, qua cuncta Pelaſgum
Occumbunt monumenta virum, præclara reperta
Auſonidum; Agathiam trudiſque ad pallida templa
Lethi barbaries, quem FELIX *illa deorum*
Progenies, acie genus inſuperabile mentis,
Flos virtuſque virum, profando gurgite merſum
Protrahit oblivi, diaſque in luminis oras
Jam properas, Ciceronis dulcia mella ſonantem.
E tenebris tantis tam clarum exculpere lumen,
Divinæ rationis opus, quod TU *potuiſti*
Primus, nec me animi fallit, nunc vivis in oris
Calorum fama, propter divina reperta.
Æternaque tuo capiti dare fronde coronam
Turba Camænarum geſtit, ſic juſſit Apollo.
Quin nos ingenii miramur acumina tanta
VULCANI, *potuit qui vulnera mente ſagaci*
Tollere doctus Japix; dic quis dicere digno
Hoc poſis eloquio? mortali corpore cretus
Nemo, ut opinor, erit, pollenti pectore carmen
Condere qui poſſit, rerum jubet ut majeſtas.
Nec modo ſi redeat, qui ſaxa ſequacia ductans
Cantibus auritos exſtruxit carmine muros.
Jamnunc Aonia crinem circumdate ſerta
Salve, Te veneror, veſtigia ſemper adorans.

Idque æternum, ita jubet virtus & eruditio tua eximia, ſic teſtor & voveo licet impolito hoc carmine

JANUS A WOUWEREN.

Agathias.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ

ΒΙΒΛ. Ε'.

AGATHIÆ SCHOLASTICI

DE IMPERIO ET REBUS GESTIS

JUSTINIANI IMPERATORIS

LIBRI V.

PRÆFATIO.

ΚΑΛΟΝ μέν τι χρῆμα καὶ ἔδαιμον, εἶναι πολλῶν καὶ ξύμπαντα, πόλιών τε εὐοικισμοὶ, καὶ ἀγαλέσματα, καὶ ἅπαντα ἀπόνα μεγάλα τε καὶ ἀξιάγαστα ἔργα. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ παιδὸς δόξαν μὲν ἅπασι καὶ ἡδονὴν πᾶς κτησαμένοις ἐπάγει, ἀποβιοῦσι δὲ αὐτοῖς ἐκεῖσε οἰχομένοις, ὅτι μάλα ἐθέλουσιν ὕπεσθαι· ἀλλὰ καὶ λήθη παρημπεῦσα ἐπαναλύπτει καὶ παραβύπτει τὰς ἀληθεῖς τῆς πράξιων ἀποβάσεις· ἤδη δὲ καὶ τῆ ἐπισταμένων ἀποθνησκόντων, οἵ χπερ καὶ διαδιδράσκει ἡ γνῶσις σὺν αὐτοῖς συθνυμένη. ὅπως ἄρα μνήμη γυμνὴ, ἀνόητόν τι καὶ ἀμόνιμον, ἰδεῖ τῆ μακρῷ συμπατεῖσθαι πέφυκε χρόνῳ. καὶ ἵνα ἂν οἶμαι ἡ καὶ πατρίδος προκινδυνεύειν ἔνιοι ἐγνωσαν, ἃ ἄλλως ἀναδέχεσθαι πόνος, εἰ εἰδότες, ὡς οἱ καὶ σφόδρα μέγισα δράσαντες, συμπολεῖται τὸ κλέος αὐτοῖς καὶ διαρρύσεται, μόνῳ τῆ βίῳ αὐτῶν ἐκμετρημένον· εἰ μήτις, ὡς ἔοικε, θεία προμήθεια τὸ ἀθανὲς ὡς φύσεως ἀναρρωννῦσα, τὰ ἐκ τῆ ἰσοτείας ἐπιστήσαγεν ἀγαθὰ, καὶ τὰς ἐνθένδε ἐλπίδας. ἡ δὲ οἶμαι κοινὸν γένεσθαι καὶ συλλήπτορα Ὀλυμπιονίκαις ἐν ναῦς ἀνίσαις ἐσπεσόντας, εἰ δ' αὖ, οἱ ἀγαθοὶ τῆ πολέμων ἀγωνίσασθαι λαμπρὸν γε μόνον καὶ τὸ παραυτίκα ἀσφαλὲς ἐφιέμενοι, ὡς πρῶτον τι καὶ διαφανὲς αἰνίγμων σφῶν αὐτοῖς ἀφιᾶσιν· ἀλλὰ δόξης ἀμφότεροι ἵκατι βιβώσιμος τὸ ἀκήρατον, ὧν οὐχ οἷόν τε ἄλλως καρπώσασθαι, ἢ τὰ ἰσοτείας αὐτοῖς ἀποθανατίζοντας, οὐχ οἷα τὰ Ζαμόλξιδος νόμιμα, καὶ ἡ Γετικὴ παραφροσύνη, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς τρόπῳ τινὶ θείῳ τὸ ἀθανὲς καὶ τὸ μόνῳ δύνασθαι τὰ ὄντα ἐς ἀεὶ διαβιώσκειν. ῥᾴδιον μὲν οὖν ἦν καὶ ἂν ἐθέλειν ἅπαντα διεξέναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἰσοτεία τὸν βίον ἐμπλησι τῶν ἀνθρώπων. ὡς δ' συλλήβδην εἰπεῖν, ὁπόσα αὖθ' φιλοσοφίας τε πολιτικῆς ἡ μάλα μισοπονηθέντα, εἰ μή τι καὶ μᾶλλον ὑπέστησεν. ἡ μὲν γὰρ, οἷά τις ἀτεμφὴς δίαιτα καὶ ἀδώπητος καθεῖρξε καὶ διεπάττει, ὁποίων τε ἔχεσθαι, καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσῆκεν, ὥσπερ τῆ πείθοντι κατημυγῦσα τὸ ἀναγκάζον. ἡ δὲ, τῆ διλογατε πλείστῳ χωμένη, τῆ οἷον καρυκεύσα τὰς ἀπαγγελίας τῆ

A PRÆCLARA quædam & beata poſſeſſio conferi poteſt, victoriæ bellorum & trophæa, urbes conditæ atque inſtauratæ; omnes denique magnæ admirandæque res geſtæ. Atque hæc quidem, aliaque ejuſcemodi ut maxime gloriam aliquam voluptatemque ſuis poſſeſſoribus edſerant; ægre tamen eos e vivis excedentes comitantur, ſed & oblivio interveniens offuſcat atque ſubvertit veros rerum geſtarum eventus; & cum iis ipſis, qui eos norunt, vivere deſierant, emoritur etiam atque evaneſcit una cum ipſis hominibus earum rerum notitia. Quo fit ut nuda memoria fluxum quiddam parumque firmum ſit, neque temporis diuturnitatem ferat. Neque vero putarim quoſdam aut pericula pro patria adituros, aut alios labores ſuſcepturos fuiſſe, cum ſcirent, quantumvis maximas res geſſiſſent, perituram una cum ipſis atque emoriturum omnem earum gloriam, ſola ipſorum vita circumſcriptam; niſi quædam, uti apparet, divina providentia naturæ humanæ fluxibilitatem fulciens, Hiſtoriæ bonum, quæque ex ea affulget ſpem, eſſet elargira. Neque enim, arbitror, oleaſtri aut apii cauſa Olympionicæ in arenam nudi deſcendebant, neque rurſum ſtrenui bellatores ſpoliorum tantum & præſentis lucri cupiditate accenſi in aperta manifeſtaque pericula ſe conjiciebant; ſed utrique ſolidæ atque aden immortalis gloriæ conſequendæ ſtudio inflammati; quam quidem aliter adipiſci non potuiſſent, niſi Hiſtoria eos ab interitu vindicante, atque immortales efficiente, non ut Zamolxidis inſtituta, & Getica deliramenta; ſed vere, & modo quodam divino atque immortali quoque ſolo mortalia hæc perpetuari poſſunt. Handquaquam igitur facile fuerit oratione perſequi atque enumerare omnia quibus Hiſtoria humanam vitam explet bona. Ut vero ſummatim dicam, equidem Civili Philoſophia eam non inferiorem cenſuerim; ædi etiam plus forte utilitatis conferat. Hæc enim veluti ſevera quædam minimeque blanda domina jubet ac præſcribit quæ ſequi, quæ fugere oporteat; ſuaſoribus ſuis vim quodammodo neceſſitatemque commiſcens: Hæc vero, oblectamentis plu-

Edit. Paris. pag. 1.

pag. 2.

Hiſtoria divinum donum.

Hiſtoria cum Civili philoſophia comparatio.

pag. 3.

rimis utens, ac veluti condigna præcepta varietate exemplorum, & ob oculos ponens quibus in rebus homines prudentia juſtitiaque uſi præclare rem geſſerint, quibus etiam in rebus, vel animi contratio aliqua vel fortunæ ductu atque impulſu a recto aberrarint, leniter ac placide virtutes animis inſinuat. Blanda enim & voluntatis noſtræ arbitrio electionique expoſita, facilius animis humanis illabuntur atque adhæreſcunt. Ego itaque hæc jamdudum conſiderans, & cum animo meo reputans, admiratione dignos cenſebam, & in publicum beneficos celebrandos, quotquot in hoc Hiſtoriæ ſcribendæ inſtituto laborarunt. Mihi autem nequaquam ſuſcipiendus hic labor, ſed ne tentandus quidem ioitio eſt viſus. Eram enim magis jam inde a puero Heroicis modulis addictus, & poeticarum elegantiarum dulcedine magnopere delectabar; atque adeo brevia quædam poemata Hexametris verſibus conſcripſi, quæ Daphnica vocavi, fabulis quibuſdam amatoriis variegata, & ejuſcemodi illecebris re'erta. Viſum vero mihi fuit etiam hoc initio laudabile & non inelegans inſtitutum, ſi nova quædam recentiuque Epigrammata latitantia adhæc, ſparſimque a nonnullis luſa, in unum, quoad ejus fieri poſſet, recolligerem, ſingulaque in ordinem digeſta conſcriberem: quod quidem etiam perfeci, ut & alia multa exercitamenta, non utilitatis ergo, ſed oblectandi deliniendique animi cauſa a me facta. Eſt enim omnino ſacra quædam & divina tes Poeſis. Afflatur enim in ea divino quodam furore animi, ac ſapiens ille Plato dixit, valdeque venuſte parturiunt quotquot Muſarum pleni atque hoc furore correpti ſant. Mihi quidem igitur ſtatutum erat hæc admirari, neque umquam in animum inducere at juvenilia hæc jucundaque ſtudia deſererem, ſed Delphicum potius præſcriptum ſequi NOSCE TEIPSUM. Cum vero ætate hac in quam incidi, ingentia bella per multas orbis tertarum partes præter expectationem ſint excitata, & multarum barbararum nationum tranſmigrationes factæ; dubioram etiam atque incredibilium factorum inopinati eventus temerario fortunæ impulſu accidarint; nationum quoqae & urbium everſiones, gentes fabactæ, coloniæque deductæ, & tantum non humanæ res omnes loco ſuo motæ. Cum, inquam, hæc aliaque ejuſcemodi acciderint, ſubiit animum meum formido, parum honeſtum fore ſi res uſquaeadeo magnæ atque admirandæ, & poſteris adeo utiles conducibileſque futuræ, nullis ſcriptis proditæ ſilentio prætermitterentor. Quocirca non abs re mihi facturus ſum viſus, ſi eas aliqua ex parte litteris commendare tentarem, ne omnis vira mihi in fabularum ſtudio & ſupervacaneo labora conſumeretur; ſed aliquid etiam utilitatis publico adferret. Multi vero familiarium urgentes atque exhortantes ſtudium meum excitarunt & confirmarunt; inter quos hortatores facile princeps erat Entychianus juniur, primarius regum ſcriba, vir alioqai & bonus & prudens, & non mediocriter eruditus, idemque gentis Floridotam præclaram ornamentum. Hic itaque vir cum res meas maximi faceret, & de gloria utilitateque mea vehementer eſſet ſollicitus, numquam deſtitit me urgera, bonaſque ſpes mihi ob ocpios ponere; afferens, noo ita arduam perfectuque difficile opus cenſeri debere; neque qoia intentatum inſolenſque eſt, inſtar navigationis inexperto maris, pertimeſcendum: immo vero ita ſtatuendum eſſe, Hiſtoriam a Poetica non multum diſtare, ſed hæc duo gemina affiniaque eſſe; ſoloque propemodum rhythmo iuter ſeſe diſcrepare. Bono itaque animo, tamquam e pactia in patriam migrantem, incedere, omnibuſque viribus operi inſtare jubebat.

Agathias poeticæ ſtudioſus, varia ſcripſit poemata.

Edit. Pariſ. pag. 4. Poeticæ laus.

pag. 5.

Hiſtoriæ cum Poetica affinitas.

ποικιλίᾳ τ παραδειγμάτων, ἠ παρισᾶσα τῇ λόγῳ τὰ οἰκ ἀδοκιμάσια ἀνθρωποι διὰ πλίᾳ χρησάμενοι, ἠ δικαιοσύνῃ, ἠ ἔνθα δίκαιον τὸ προσῆκον, ἢ γνώμης τυχὸς ἐναντίας, ἢ τύχης ἐγκαμψάσης, λαθόντες, ἢ ψυχαῖς ἁμαρτάνειν ἐοικίζουσα. τὸ δὲ φρόνιμον αὖ ἠ αὐθαίρετον μᾶλλόν τι ἐμφύεται ἠ προσιζάνει. Ἐγὼ μὲν ὖν παῖς ἐκ πλείστου σπουδῶν τε ἠ διαλογισμῶς, ὑπαγαγέσθαι μὲν χρῆναι ἀγώμιλον, ἠ ποιεῖς ἀνυμνεῖν διηγήσας, τὰς ἐπόσης ἤδη πραιδὲ φρασμάτειαι διαπεπόλιται· ἐμοὶ τῇ δὲ τῇ πόρῳ ἔδοκει, ὡδὲ κῇ πλὼ ἀρχῶν ἀπειρατέλα. ἐτύγχανον δὲ μᾶλλον δέ τι ἐκ παίδων τῇ ἀρώμῳ ῥώμῃ ἀνειμένος, καὶ μοι ἤρεσκε τὰ ἡδύσματα τῆ τῆς ποιητικῆς κομψῶν. Καὶ τοίνυν πειρᾶσθαι μοι ἐξαμέτρους βραχέα ἅττα ποιήματα, ἃ δὴ Δαφνιακὰ ἐπονόμασα, μίθους τισὶ πεποικιλμένα ἐρωτικοῖς, ἠ τῇ τοιούτων ἀνάπλεα γοητδιμάτων. ἔδοξε δέ μοι φρόνιμον κἀκεῖνο ἐξεύρημον τι εἶναι κῇ ἀκ ἄχαρι, εἴγε τ ἐπιγραμμάτων τὰ ἀρτιγενῆ ἠ πάλαι διαλανθάνοντα ἔτι, ἠ χρόδρᾳ ὀλίγα παρ' ἑνὸς ὑποφυσιζόμενα, ἀγείραιμί τε ὡς οἷόν τε εἰς ταυτὸ ἠ ἀναγράψαιμι ἕκαστα ἐν κόσμῳ διηκεκριμένα. Καὶ ὧν δὴ ἠ τόδε μοι ἐκπόλισεν, ἔτι πρά τε πολλὰ ἀγωνίσματα, τῶ μὲν ἀναγκαίω χάριν οὐ μάλα πεποιημένα, ἄλλως δὲ ἴσως προσαγωγὰ ἠ θελκτήρια. ἠ γὰρ δὴ τὰ ποίησις, ἱερόν τι χρῆμα ἔ θεσπέσιον. ἐνθουσιῶσι γοῦν ἐν αὐτῇ αἱ ψυχαὶ, φησὶ ἂν ὁ σοφὸς ὁ ἀρίστωνος, κῇ λίαν ὠδίνουσιν ἐπαφρόδιτα, ὅσαι δὴ ὡς ἀληθῶς μουσόληπτοι γίνονται, ἠ τηδὶ κάτοχοι τῇ βακχείᾳ. Ἐμοὶ μὲν ὖν τοῖς δὴ θαυμάζειν ἐδόκει ἠ ὑ μάστοτ' ἐκοντὶ εἶναι, τὰ τοιαῦτα παῦτα ἠ ἐπιτηδεύματα μιθόλια, ἀλλὰ ἐπιθυμῆ τῇ ἑλληνικῇ ἐκείνῃ προγράμματι, ἠ τὰ οἰκεῖα γιγνώσκειν ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυμβῇ μεγάλας μὲν πολέμους πολλαχῆ τῆς οἰκουμένης ἀφορμδόκητα ξυρῆναι, ἐθνῶν τε πολλῶν βαρβαρικῶν μεταστάσεις γενέσθαι, ἠ πράξεων ἀδήλων τε ἠ ἀπίστων παραλόγως ἐκβάσεις, ἠ τύχης ἀπίστου ἀντιῤῥοπίας, γενῶν τε καταλύσεις ἠ πόλεων, ἀνδραποδισμούς ἠ μεταβολὰς οἰκητόρων, ἠ οἷον ἅπαντα τὰ ἀνθρώπεια κεκινῆσθαι. Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα ἔ τὰ τοιάδε ξυμβῆναι, δεδίεναι μοι πῶς ἐπῆλθε, μή τι ἄρα ὐχ ὅσιον εἴη, ἔργα ὑπὸ μίγιστα ἠ θαύμασιν ἄξια ἠ τοῖς μὴ ταῦτα χρήσιμα ἐσόμενα ἠ ὀνησιφόρα, καταλιπεῖν ἀμνήστα ἠ σεσιγημένα τὸ μέρος. Τοιγάρ τοι ἐδόξει μοι ὐκ ἀπόξεσον εἶναι, ἠ τὸ συγγράφειν ἀμωγήτως ἀνυπειρᾶσθαι, ὡς ἂν μοι μηπας ὁ βίος ἐν μυθολογίᾳ τὸ ἠ πόνῳ πεφιτῇ ἀναλωθείη, ἀλλά τι φέροιτο ἠ ἀνάγκιον. πολλοί δέ μι ἠ ἔ ἐπιτηδείων ἐπείγοντες ἔ ἐγκελεύσμοι ἐξερέθισαν τὸν ὁρμὸν ἠ ἐπέρ'ρωσαν. ἐν τοῖς, Εὐτυχιανὸς ὁ νέος ἀρχηγὸς γε ἰῶ ἐ παραπέσιος, ἀνὴρ τὰ φῶτα πλῶν ἐν τοῖς τῇ βασιλέων ὑπογραφῶσι, ἔ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς ἠ ἀγχίνους ἀν, παιδείας τε ἐκ λογχάνος ἔχων, ἠ τῶ τῇ Φλωρίδων γένος ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γενομένος. ὗτος δὴ οὖν ὁ ἀνὴρ ἐπεὶ πεῖ πλείστ' ἀμὰ ἐπόιητο, ἠ ὡς ἂν μοι ἄμουσός τ' εἶναι, δύκλειάς τε πέρι ἠ τῆς ἄλλης ἀφελείας σφόδρα οἱ ἐπιῤῥέποντος, ὐκ ἀνίει ἐπείγων, ἠ χρυσᾶς ὑποφαίνων ἐλπίδας. δεῖν γὰρ ὐκ ἔφασκεν ἔτι χαλεπὸν ἡγεῖσθαί μοι ἠ ἀνύσιμον τὸ ἐγχείρημα, ὐδὲ τῇ μάπω ἐς πεῖραν ἐλθεῖν, ἅπαντ' ἐαυτοῦ λίαν οἱ ἀθαλάττωτοι, δεδίναι. οἰόμαι ἢ μᾶλλον ἀ πάρ'ρω πεπλῆχθαι ἰσοῖον ποιητικῆς, ἀλλὰ ἄμφω ταῦτα εἶναι ἀδελφὰ κῇ ὁμόφυλα, καὶ μέτρῳ ἴσως τῇ μέτρῳ ἐστὶν ἀλλήλων ὑποκεκριμένα. ὡς δὲ οὖν εἰκάζειν εἰκαδὲ εὖσης τῆς μεταστάσεως διαῤῥωῶσα τε εἶναι ἐκέ-

λὰ τῷ θέσιν πατρὶ ἐχθραι ἔργα· ἀλλὰ τοιαῦτα ἐπάθον, A
ἔδοξε μοι καὶ αὐτὸς βουλομένῳ καπεύλασί γε ῥᾳδίως καὶ ἑπέσθαι. καὶ τοίνυν ἐς παῖδ' ἀφίγμαι. ἀλλά μοι ἄξιόν τι δρᾶσαι ὑπὲρ προθυμίας, καὶ τῷ μεγίθους τοῦ ἔργων ὡς ἐγγυτάτω εἰδέναι. Δαλατὸς δέ ἐστι πόλις ἐμοὶ τῷ ὄθεν· τοῦτο δὲ τοῖς ξυγγραφεῦσιν εἰδέναι μόνον. ἐμοὶ, Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μύρινα δὲ πατρὶς, Μεμμόνιος πατήρ. τὰς δὲ τῶν Ῥωμαίων νόμια, καὶ οἱ τὰ δικαστήρια ἀγῶνες. Μύρινα δέ φημι, ἀπὸ Φρύγιον πόλισμα, ὑδὶ ἐπὶ τοῖς ἑσπέρα τοῦ Εὐξείνου τυχὸν ἀπολιμένος τῆς δὲ εἴκλιται τῇ ἑσπέρᾳ. ἀλλὰ ἡ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀποικισμένη, ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ, ὃς δὲ ῥέων ἐκ Λυδίας τῆς χώρας, ἐς τὸ ἔσχατον αὐλῶνα τὸν κόλπου τοῦ Ἑλαΐτου ἐμβάλλει. γένοιτο μὲν οὖν ἐμοὶ γε τελειότατα τῶν τροφῶν ὡς οἷόν τε ἀποτίσαι, καὶ ἅπαντα τὰ ἀλιτήρια καὶ πάτρια ἔργα ἐς τὸ ἀφανὲς ἀναγράψαι. σοὶ δὲ μὲν δύμβις καὶ ἔλαος, καὶ τῆς προθυμίας ἡμᾶς ἀποδεχέσθω. ἐμοὶ δὲ ἐπὶ τοῖς κοινοῖς καὶ μέγιστα τῷ πραγμάτων ἐπέσθω. Ποιήσομαι δὲ ξυγγραφὴν, οὐκ ἄπειρος καὶ ἐπίορκος ἐν τῇ παρόντι πεποιημαι. ἀδύ γάρ που καὶ ἄλλοι τοῦτο, ἐς τόδε πόνου ἀφίκεσθον. ἀλλ' ἐθέλοντι μὲν ὡς τὰ πολλὰ ἥκιστα μέλον αὐτοῖς τῷ τὰ γεγενημένα ὡς ἐγγυτάτω δηλοῦσθαι. ὅπου δὲ διαφωνῶ πολλαχοῦ πολλοῖς τῷ δῆμον τῶν καὶ ὑποθαπτόντων ἑλάμβανον, ὡς εἴποτε ἄρα καὶ ἀλυθὲ φύσιος, ἀπιστεῖσθαι. καί τι ἐγωμαί μὴν προσέσεσθαι τοῖς ταῦτα δεινοῖ φασι, τὰ φρονήματα ὑπὸ σοῦ ἀγαθὰ ἐς τὸ μᾶλλον ἐξαίρειν. ἐγοῦν ἐπαινῶν μὲν τῷ ὧδε τὰς ἐν τοῖ δράσαντας ἀπαλλαγὰς ἀνώνυτα. ὑμῖν τῶν γε σκηπτόμαι τῷ γνώσεσθαι ἔχειν ἐθέλει. ἀλλ' ἐπεὶ τῷ φιλόσοφον ἀπεργασία ἔπαινος ἀφόβου ἐπάγει, ὑ βιάζεσθαι αὐτῷ δίμις ὧδε μεταπεπλάσθαι τὰ γεγενημένα. οἱ δὲ, ἐγοῦν μὲν ποιεῖσθαι ὁμολογοῦσι, τῷ τοῖς ἐπιγραφῆς ἐπάγγελμα τῶν αὐτοῖς ὑποφαίνει, πιφαύσκουσι δὲ ὅμως τῇ πειρᾷ νομιζομένοι τῶν ἱστοριῶν. τοὺς μὲν δὴ ἔτι περόντας εὖ τε βασιλεῖς εἶναι, εἴτε τῷ ἄλλως ἐπίσημοι, ὑ μόνον τῇ αἰσχύνοι ἂν ἐξυργασμένων ἐγκωμιάζωσιν (ἃ δὴ ἀν ὀλίγα ἁμάρτασιν) ἐνδηλοι δὲ ἅπασι γίνονται, ὅτι δὲ αὐτοῖς ὧδέ τι ἀλλοδιεπάσασι, ἢ μόνον ἐπαινῶν τι τῷ ἄγαθαι καὶ ὑπὲρ τῶ ἀναγκαίου. τοὺς δὲ ἤδη τεθνεῶτας οἱ ποιεῖ τινες τῷ ἐτύγχανον ὄντες, ἃ κακίστης ἀκολαῖοι τῷ τὰ κοινὰ λυμαινάμενος, ἢ τάχ' αὖ ἥλαττον δίκαιον, ἐκπολεγωρῶσιν αὐτῶν, ὡς μηδὲ μνήμης τινὸς μεταδόναι. ταύτῃ τι ὄφελον τὰ παρόντα δ' εἰδέναι. τῷ τὸ ἀεὶ πρατικὸν ἐκθηριάδοντος, ἀφέλειαν σφίσι προξίεσθαι, κακῶς ἐπεξάμενοι ὡς τῷ αὐτοὺς δὲ πη τοὺς πρὸς αὐτῶν ἐπαινομένους ὑ μάλα τὰ τοιδὲ ἀρίστοις, λογιζομένης ὡς οὐκ ἐκανὸν ἔσται τὸ τῆς κολακείας ἀρίδηλον, τῶν περὶ αὐτῶν δόξαν βεβαιῶσαι. Οὕτοι μὲν οὖν ξυγγραφόντων ὧς πη φίλον αὐτοῖς τῷ εὐθυμένον. ἐμοὶ δὲ τὸ ἀληθίζεσθαι περὶ πλείστου ἐστίν, ἐς ὃ, τι χωρήσει. μεμνήσομαι δὲ τῷ ὅσα παρά τε Ῥωμαίοις τῷ βαρβάροις τοῖς πλείστοις ἐς τόδε τῷ καιρῷ ἐπηνέχθη ἀξιαφήγητα, ὑ μόνον ὑπὸ ἀνδρῶν ἐπιβουλῶν τυχὸν, μᾶλλον μὲν καὶ τῷ ἤδη ἀποχρώντων, καὶ ὑδὲν ὅ, τι παρέσται τῶ λόγῳ ἀξίων. Τοσγὰρ τοι εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐς τὸ ξυγγράφειν φρόνημαι, ἐ μόνον ἐξ ὅτου Ἰουστῖνος ὁ νέος υἱὸς αὐτοκράτωρ μετέλαβεν ἀρχῆς, Ἰουστιανοῦ τεθνεῶτος, ἀλλ' ἤγαγε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους ἀναδραμοῦμαι, καὶ ὁπόσα ὑπαινίξαι τῇ ἐκπεπτώκασι, ταῦτα δὲ οἱονεὶ ποιήσομαι ὕρχον. τὰ μὲν δὴ πλεῖστα τῷ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνου γεγενημένων, ἐπειδὴ Προκοπίου τοῦ Ῥήνιος Καισαρειάσου ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκόντα ἐμοίγε, ἅτε δὴ ὑποχώρησις εἰρημένα. τὰ δὲ μετ' ἐ-

Talia itaque mihi aſſidue occinens, libentem etiam me facileque delinitum in ſuam ſententiam adduxit. Contuli itaque me ed ſcribendam Hiſtoriam, ſpe, dignum aliquid hoc præclaro ſtudio inſtitutoque præſtandi, & ad magnitudinem rerum geſtarum quam proxime accedendi, Supereſt, ut quis & cujas ſim, ex more eorum qui Hiſtoriam ſcribunt, declarem. Nomen itaque mihi Agathias; Murina patria; Memmonius pater; Ars vero, Romanorum inſtitute ec leges, & ſunt certamina. Murinam autem dico, non illam Thracicam urbem, neque ſi quæ alie per Europam aut Africam hoc nomine vocatur; ſed quæ eſt in Aſia, veterum Æolenſium colonia, ad oſtia Pythici fluminis ſita; qui quidem fluvius, ex Lydia regione fluens in extremum Elaitidis ſinus alveum fertur. Sit itaque mihi, pleniſſima huic, quoad ejus fieri poteſt, nutricationis præmia perſolvere, omnieque illuſtrie & patria facta accurate conſcribere: nunc vero hæc, benigne & faveneer propenſum animum ſtudiumque meum eccipiat. Mihi autem publicarum maeimarumque rerum ſcriptio eſt aggredienda. Inſtituem vero Hiſtoriam, non ut ab allis hodie factitatur (ſunt enim etiam alii hac rempeſtate qui in eadem erena verſantur) non, inquam, ut ii quibus minima eſt veritatis cura, utque res geſtas ita ut ecciderunt commemorent; edeo vero aperte plerique proceribus adulantur, & palpum obtrudunt, ut, ſi quando etiam vera dicent, fides temen eis ebrogetur. Atqui periti harum rerum euctores ſoli encomio ſive laudationi convenire ajunt, bona quibus quique prædirus eſt verbis exaggerare atque extollere. Hiſtoria vero, tameſi ne ipſa quidem e laudatione eorum, qui præclari aliquid geſſerunt, prorſus abhorret: hanc tamen ſcopum ergumenorumque ſibi præfixum habere nolle exiſtimo. Sed ſicubi factorum effectus laudem eur dedecus conciliat, vim facere Hiſtoriæ non licet, neque res ipſas palliare fucareque oportet. Hi vero Hiſtoriam quidem ſcribere ſe profitentur, titulique promiſſio hoc præ ſe fert; eeperienria tamen ipſa Hiſtoriæ appellationem ſeentes deprehenduntur. Eos enim, qui adhuc in vivis ſunt, ſive reges, ſive cujuſqui viros illuſtres, non ſolum commemoretione rerum geſtarum laudant, tameſi interdum lapſi ſint: ſed omnibus conſpicuum faciunt, nihil aliud ipſius operam dediſſe, quem ut laude edmuratioeneque quos volunt proſequantur, ukra quam par eſt; eos vero qei jam e vivis exceſſerunt, quales fuerunt, eut peſſimos vocant, & rerum publicarum vaſtatores; aut, (quod utique minus grave eſt) ita eos contemnunt, ut ne memorie quidem ulla dignentur. Atque ita ſeſe rem, præſentem optime cureſſe exiſtimant, ſemperque potentioribus eſſentantes privatis ſuis commodis conſuluiſſe; non ſatis intelligentes quod ne ipſis quidem, quos laudibus extulerunt, hæc talia admodum pisceant; reputantibus ſcilicet, manifeſtam illorum adulationem parum firmum eſſe gloriæ exiſtimationiſque ipſorum flebilimentum. Scribetur itaque hi pro ſua libidine & more; mihi fixam eſt veritatem quoad ejus fieri poſſit ſequi. Perſequar autem quæcumque memorabilia tam e Romanis quam Barbaris plerimis hac rempeſtate ſunt geſta, non eorum tantum qui adhuc fortaſſe vivunt, immo vero magis eorum qui jam deceſſerunt; nihilque ex iis quæ memoratæ digna videbuntur omittam. Quocirca tameſi non prius ad ſcribendam Hiſtoriam me contuli, quam ex quo tempore Juſtinus junior ad imperium acceſſit, mortuo Juſtiniano: ad ſuperiore tamen etiam tempore recurram; & quæcumque a

Agathiæ patria, genus, & ars.

Hiſtoricorum vitia.

Argumentum Hiſtoriæ Agathiæ.

Digitized by Google

nemine adhuc allo ſunt elaborata, mihi vindicabo, propriamque opus efficiam. Pleraque enim Juſtiniani temporibus geſta cum Procopius Cæſarienſis Rhetor accurate conſcripſerit, mihi prætereunda judicavi, ut plene ſatis tractata; quæ vero poſt illum acciderunt, pro virili perſequenda. Orſus enim eſt ille Hiſtoriam ſuam a morte Arcadii, utque filio illius Theodoſio Iſdegerdes curator fuerit inſtitutus, & ab ille quæ Varanæ & Perozæ acciderunt, & quo pacto Cabades rex creatus regno exutus fuerit, idemque poſtea recuperarit. Utque Amidam ipſi Anaſtaſio Romanorum regi eripuerit; quantos rurſus poſt hunc Juſtinus ſenior huic operi labores impenderit. Perſequitur deinde bella Perſica, quotquot adverſus Cabadem & Choſroem circa Syriam Armeniamque & per Lazorum confinia Juſtinianus Romanorum imperator geſſit. Hæc omnia e Procopii ſcripſis optime cognoveris, & Gelimer Vandalum, Carthaginemque urbem, atque adeo univerſam Afrorum regionem a Bonifacio & Geſerico, multis poſt deſectionem temporibus, Juſtiniano ſubjugatam, rurſumque Romani Imperii partem factam. Poſt vero deletos Vandalos, quæ quantaque mala & intulerit & acceperit gens Mauritanica, multis Libyæ locis cum Romanis prælliata; atque Stotzas & Goutharis a Romanorum partibus ſtantes, atrepta tyrannide maximarum calamitatum ſeditionamque auctores Libyæ fuerint; neque prius ceſſaſſe mala, quam duobus hiſce capitibus e medio ſublatis. Sed & hæc fere omnia in Procopii Hiſtoria reperias; quomodo videlicet inteſtina ſeditio Byzantii adverſus regem excitata, inque maximum malum evecta, Rempublicam afflixerit; Hunnorum etiam excurſiones, qui ea tempeſtate tranſmiſſo Danubio Romanum Imperium quam maximis damnis affecerunt; Illyrios, & Theſſalos, maximamque Europæ partem depopulati; partem etiam Aſiæ tranſmiſſo Helleſponto. Syrorum etiam arbs in Syria ſita, & Bethrhœa, & Antiochia ad Orontem fluvium quo pacto miſerrime a Choſroe fuerint vaſtatæ; Edeſſæ quoque obſidionem, & quo pacto inde depulſus deceſſerit. Eſt etiam in iis videre Æthiopum & Homeritarum prælia; quæque inimicitiarum cauſæ inter duas iſtas amicas nationes fuerint. Multa etiam ſcribit de atrociſſima illa peſtilentia, & quibus initiis ea tempeſtate in humanum genus irrepſerit, quamque inaudita atque inopinata in ea evenerint. Præterea quæcumque deinceps Romanorum exercitus circa Lazorum oppida, & Perræ propugnaculum, & adverſus Chorianem & Mermeroem, Perſarumque copias geſſerit, inde etiam peti poſſunt. Cum vero in Occidentem tranſiit, quo pacto Theodoricus Gothorum rex exceſſerit e vivis, & Amalaſunta ejus filia a Theodato fuerit interfecta; omnia etiam, quorum cauſa Gotthicum bellum exarſit, eſt perſecutus; ne hoc quidem prætermiſſo, quo pacto Vitigis, qui poſt Theodatum Gotthicæ nationi præfuit, a Beliſario prætore poſt multa prælia captivus Byzantium ſit ductus; ſed nec quomodo & Sicilia & Roma & Italia, barbaris advenis ejectis, patriis rurſum moribus legibuſque fuerit decorata. Inde etiam cognoſci poteſt, quo pacto Narſes Eunuchus in Italiam ſit miſſus, prætor imperatorque a rege conſtitutus. Illuſtria etiam bella quæ ille adverſus Totilam præclare confecit; utque rurſum poſt illum Tejas Phredigerni filius, Gothorum præfectura accepta, non multo poſt cæſus fuerit. Hæc vero omnia ad annum uſq; ſextum & vigeſimum regni Juſtiniani ſunt geſta. Ac Procopius quidem in his, uti arbitror, finem Hiſtoriæ ſuæ facit. Ego vero his proœmia & conſequentia, ut initio mihi propoſitum fuit, perſequens, res ipſas aggrediar:

Procopii Hiſtoriæ argumentum. *Edit. Pariſ. pag.* 8.

pag. 9.

pag. 10.

A κεῖνον, ὡς εἶεν τὰ διεξιόντι. προοίμια μὲν δὴ αὐτῷ ἡ ἱστορίας Ἀρκαδίου ἐπιτροπὴ καὶ τῇ ἐκείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ Ἰσδηγέρδης ὁ πρώτων βασιλέων κηδεμὼν γενομένος, τά τε Οὐάραγη καὶ Περόζῃ ξυνενεχθέντα. καὶ ὅπως Καβάδης βασιλεὺς κατέστη, ἀφῆρέ τε αὖθις ἀρχὴν, καὶ ἐπὶ ἔτεσιν αὖτις ἀνακαμίσατο, ὅπως τε Ἀμίδα ἄλω πρὸς αὐτῷ Ἀναστασίῳ, ῥωμαίων βασιλεύοντος. καὶ ὅσους ἀυθις μετ' ἐκεῖνον Ἰουστῖνος ὁ πρεσβύτης ἐς τῆς δὴ τῆδε ἔργῳ διηνέγκατο πόνους. ἐξῆς δὲ τοῖς περσικοῖς πολέμοις ἐπέσει δὴ πρός τε Καβάδῃ καὶ Χοσρόῃ ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, ᾗ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὅρια Ἰουστινιανῷ τῷ ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολέμωται), πάντας δὲ ἅπαντας ἐν τῷ προκοπίου λόγῳ ἄριστα ἂν διαγνοίης. Γελίμερ τε τὸν βανδίλων, καὶ καρχηδόνα τήν πόλιν. καὶ τὴν ξύμπασαν χώραν τῆς ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τοῦ ΓΓοτθικοῦ καὶ τὸ ἐν τῇ νότῳ ἠπείρου, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινιανῷ δουλωθεῖσαν, ᾗ πάλιν τῇ ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος γεγενημένην. μῆ δὲ τὸν βανδίλων κατάλυσιν, ᾗ ὅσα οἱ μαυρούσιοι τὸ ἔθνος ἔδρασάν τε καὶ πεπόνθασι πολλαχῇ ὁ Αἰβύας τῇ ῥωμαίων παραπεττόμενοι. ὅτι τε Στότζας καὶ Γάνδαρις ῥωμαίων μὲν ἦστην, τυράννου δὲ ἀπεφήναντο, μεγίστων συμφορῶν τε καὶ κακῶν αἴτιοι πάσῃ τῇ Λιβύῃ γεγενήσθην, καὶ ὡς ὑστέρου ἐλαφρότερα τὰ δεινὰ, πρὶν ἐπεῖναι νεανδρα διαφθαρῆναι. ἅπερ καὶ πάσι ἁμιλλᾶται ἅπαντα ὅρους γε ἂν ἐν ἐκείνοις. ὅπως τε ἡ στάσις ἡ ἐμφύλιος ἐν Βυζαντίῳ τῷ Βασιλέως ἀρθεῖσα, καὶ ὑπὸ μέγα ἀεὶ ἀριγνώμη τε ἀσυνέτῳ ἐδηλήσατο, πᾶς τε τῆδε Οὐῶνοι ἐπιδρομὰς, οἳ δὴ ἐν τῷ τότε τὸν ἴστρον ποταμὸν περαιωθέντες, μέγιστα δὴ τῶν ῥωμαίων Ἀρχῶν ἐλυμήναντο. Ἰλλυριούς τε καὶ Θετταλοὺς, ᾗ τὰ πλεῖστα τῆς Εὐρώπης λυμάμενοι, μέρος δέ τι καὶ τῆς Ἀσίας τὸν Ἑλλήσποντον διαβάντες, Συρῶν τε πόλις ἀξία Συρίᾳ, καὶ Βέρροια, καὶ Ἀντιόχεια ἡ πρὸς ὀρόντῃ ποταμῷ, ὅπως οἱ πρόσπαλοι ὑπὸ Χοσρόου περσῶν ἔσχατα ἐπάθοσαν, τῶν τε Ἐδέσσης πολιορκίαν, ᾗ ὅπως ἐνθένδε ἀναχωρήσαντες ἔπεσε ἀπιόντι ὤχετο. πάρεισι δὲ καὶ ναῦσι ἐς τοὺς δὴ Θεμίσκυρα, τούς τε τῶν Αἰθιόπων καὶ Ὁμηρίτων παρατάξεις, ᾗ ὅτῳ δὰ χάρει ἄμφω ἀλλήλοιν τὼ φίλω ἐς τοῦτ' ἐξυμενείας ἦλθέτην. ἔστι δὲ αὐτῇ πολλὰ καὶ τῶ μεγίστου λοιμοῦ πάθεα, ἅπερ τε τῶν ἀρχῶν κατ' ἐκεῖνο τὸ καιρῶ ἐς τὸ ἀνθρώπειον γένος εἰσήνεγκε, καὶ ὁποῖα ἅττα παρέλαβε ἐν αὐτῇ ξυνιόντα. ἀλλὰ δὲ καὶ ἀπόσα ὕστερον τῆ ῥωμαίων φορᾷ ἀνὰ τὰ Λαζῶν πολίσματα καὶ πέτρας τὸ φρούριον, φρός τε χερσάδιον, καὶ Μερμερόην καὶ περσικὰ ἐξεύρηται πλήθη, καὶ ποῖα ἐπ' αὐτοῖς ἀναλεκτέον. μεταβάντι δὲ αὖ ἐπὶ τὰ ἑσπέρια, ὅπως τε Θευδέριχος ὁ τῶν Γότθων βασιλεὺς ἀπέβιω, καὶ Ἀμαλασοῦνθα ἡ τοῦ παῖς ὑπὸ Θεοδάτου ἀνῄρη), καὶ ἅπαντα ὧν δὴ ἕνεκα ὁ γοτθικὸς πόλεμος ἀνῄρηται, ἐδὲ ταῦτα ἐκείνῳ παρεῖ)· ψιλοῦν γὰρ ὅπως Οὐίτιγις ὁ μὲν Θεόδατον τῶ γοτθικῶ γένους ἀραιήσας, ὑπὸ Βελισαρίου τῶ στρατηγοῦ μετὰ τὰ πλείστας ἀγῶνας δορυάλωτος εἰς τὸ Βυζάντιον ἦ). ἐδὲ γόπως Σικελίαν καὶ Ῥώμην καὶ Ἰταλίαν τὰς ἐπιλύδας ἀποβαλοῦσα βαρβάρου πάλιν ἔθνεσι πατρίους μετεκοσμήθη. λάβοι δ' ἄττις ἐνθένδε, καὶ ὅτι Ναρσῆς ὁ νομισθεὶς ἐς Ἰταλίαν ἐλθὼν, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶ βασιλέως γεγενημένος. πῶς δ' κλεινὸς ἐκεῖνος πολέμους οἱ δὰ αὖτῳ πρὸς Τώτιλαν ἄριστα διαπεπόνηται. ἔτι τε ἄνδρὸς μὲν ἑαυτοῦ Τεΐας ὁ Φρεδιγέρνου τῶν γοτθικῶν ἡγεμονεύσαντος διαδεξάμενος, ἐκ τοῦ μαραίνει καὶ αὐτὸς ἀνῃρέθη. Ταῦτα δ' πάντα ἐς ἔτεα τε ᾗ εἰκοσὸν ἔτος τῆς Ἰουστινιανῶ βασιλείας γεγένηται. καὶ Προκοπίῳ μὲν τῇ ῥήτορι ἐν τοῖς δεδιηγημένοις αὐτῷ τὰ ξυγγραφῆς δόκησεν, ᾗ ξυνετελέσθη ἐγὼ δ' ἐς τὰ ἐχόμενα τούτων, ἵνπερ ἀπῆρ ᾗ ἀρχὴν ὡρμήθην εἶναι, ᾗ δὴ ἐπὶ ταῦτα ἰέμαι. ᾗ δὴ ἐχόμενα τῆδε πραγμάτων.

ΑΓΑ-



ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ

ΒΙΒΛ. Α'.

AGATHIÆ SCHOLASTICI

DE IMPERIO ET REBUS GESTIS

JUSTINIANI IMPERATORIS

LIBER I.

δους ἢ λαλασίας ἐποιοῦντο, νῦν δὲ ἐς ἀφανῆ μάχην πα-
ρεπέτοντο, ἕως ἐκαπέρωθεν αἱ δυνάμεις ἐξῤῥύησαν αὐτο-
κατοι ἀρδὴν γεγένηνται, ὡς ἢ αὐτὴν δὴ πᾶν τὸν πόλεμον ἐ-
πανυμίαν ἀποβεβλῆσθαι. ἐς τοῦτο δὲ συμοροῦς πάθη τὰ
Οὐννικὰ ἤδη ἐξέκειτο, ὡς ὑπερ ἄρα τι αὐτῶν ἢ μεμί-
σηται μέρος, ἀπορᾴδιον ἐπ' οἴκους δηλέειν, ἢ ἐς τὸ ἐκείνων ὄνο-
μα μεταβεβλῆσθαι. ὅπου δέ τι αὐτὸς ἐνεργάσατο μεῖζον
αἱ πόνοι τῇ προτέρων ἀναβιβάσαι· ἀλλ' ἡ μὲν παντελὴς
τοῦδε τοῦ γένους ἀναζοπὴ ἢ ἀπόλυσις, χρόνῳ ὕστερον
ξυνοίσεσθαι· ἢ μοι εἰρήσεται ἅπασα προσηκόντως ἁρμοζο-
μένῳ ὡς εἶδε τε τῇ τῷ χρόνου ὁμολογίᾳ· ἧς δὲ ἕκατερα ἐτε-
ἀκμαζούσης, ἐπ' τὸ Βυζάντιον ἀπαγγελθείσης, τότε δὴ
ἅπασιν ἀνωμολόγητο, ἢ ἄῤῥηλοπέτη ἐδόκιμτο ἡ τῶ βασι-
λέως φρονήσεια ἢ εὐβουλία, ὅτι δὴ τῷ βαρβάρων ὑπὸ
σφῶν ἄῤῥαθυμίαν, αὐτὸς ὅπλα μὴ κινῶν, πάντας ἐπ'
ἀλλήλοις ἐποίησε· ἐπεὶ γὰρ ἐμόχθουν, ἐκάστοτε οἱ μὲν δεινοῖς ἐνε-
χόμενοι, ὡς ἔτι τῷ Ῥωμαίων χωρῶν διενοοῦντο· ἀλλὰ ἢ
ὅτοι γῆς ἐτύγχανον ὄντες, τοὺς πλείους ἠγόλλυτο.

basque contemptis decepti ſimas quum tibi
conſidere maluerimus; Neque enim hoc to-
lerandum eſſe cenſerit ſi quis eos & pares &
dubiæ cum Cutriguris præſtantiæ vocet, ne-
que ſi modica aliqua re ſuperent, ne dum
valde magna. Quocirca non antea per Thra-
ciam vagari deſtiterunt, quam aurum om-
ne quantum tibi quotannis mercedis cauſa
largiri conſuevimus ipſi abſtuliſſent. Atqui
facile nobis erat vel omnes funditus delere,
vel minimum ipſos voti nequaquam compo-
tes dimittere. Utrumque tamen omiſimus,
tuæ vniuntatis periculum facturi. Si enim re-
vera fortior es, & ſapis, neque concedis tua
uſurpantibus, ne nunc quidem tibi diſſimilis
aut te ipſin minor eris. Oportunitas enim ſeſe
offert hoſtes vindicandi, utque parta victoria
mercedem tuam recipias, veluti per ipſos ti-
bi delatam. Si vero tali contumelia ab
iis affectus quieſcere malueris, metuens ut,
arbitror, turpiſſimæque inertiæ te dedens; tu quidem bone vir, mercedis expers e-
ris, illis vero hæc per nos donabitur; & deinceps animos ſi videtur depone, & fortio-
ribus diſce cedere. Scitn enim, nos fœdera etiam noſtra ad eos eſſe translaturos, quæ te-
cum & cum gente tua inieramus. Dementiæ enim fuerit etiam aliter una cum victis in ſo-
cietatem ignominiæ venire quum liceat vi-
ctoribus adjungi. Hæc cum Sandilchu per in-
terpretes eſſent recitata, ſtatim exacerbatus furebat, impocente ira percitus, eoq; ipſo die ad
viodicandam Cutrigurorum in ſe contumeliam
prorupit. Qui pactn enim non facile ejuſcemo-
di verbis concitaretur animus barbarus & ar-
rogans, ſemperque quæſtui iubians? Motis ita-
que ſuis copiis primum quidem repente hoſtilia oppida invadit, & habitatoribus inopinatum inſultu perculſis, magnam mulierum & puerorum vim captivam abduxit. deinde etiam in eos qui e Thracia redierant & recenter Iſtrum fluvium trajecerant ea improviſa irruit, & quamplurimis cæſis pecuniam omnem cæteramque prædam iis eripit. Qui vero ex bis evaſere quum ægre ſe ad ſuos recepiſſent reliquiſque copiis conjunxiſſent, aciem adverſus hoſtes inſtruxerunt. atque ita deinceps multo tempore in mutuas cædes converſi inimicitias corroborarunt. Modo enim inſultus faciebant prædaſque agebant, modo aperta acie deeertabant, donec fractis collapſiſque utrimque viribus, penitus ſubverſi delerique fuerunt, adeo ut patriam etiam appellationem amiſerint: eoque calamitatis Hunnicæ iſtæ nationes ſunt redactæ, ut ſi aliqua adhuc eorum pars reliqua ſit, ſparſim a-liis inſervint, & ab illis appellationem acceperit. adeo utique atroces pœnas præteritæ ſuæ impietatis luerunt. Abſolutiſſima vero harum nationum everſio atque internecio poſtmodo accidit; ſingulaque mihi convenienter ſervanda quoad ejus fieri poterit temporum conſenſu dicentur. Vigente vero adhuc ſeditione, & Byzantium renuntiata, tum demum cognita fuit manifeſteque declarata Imperatoris prudentia & conſilii rectitudo, quod nimirum Barbaris ſe invicem conficientibus, ipſe arma non movens vicit omnino conſilio in utraque belli inclinatione, & potitus eſt ſua ſpe. Quum enim laborarent, quotidie domeſticis malis occupati, baudquaquam deinceps Romanorum ditionem infeſtare in animum ſuum inducebant, Sed & ubi terrarum eſſent, a plurimis fuit ignoratum.

Sandilchus Hunnorum Zibergam Hunnum mittit.

Hunni mutui cladibus ſeſe eterunt.

Hunnorum etiam nomen deletum.

Juſtiniani Imperat. prudentia.

Edit. Pariſ. pag. 171.

BON. VULCANII
NOTÆ,

Quibus multa AGATHIÆ loca declarantur: quamplurima etiam veteris codicis MS. menda caſtigantur.

HIS ACCESSIT, CORONIS,

SIVE

AGATHIÆ EPIGRAMMATA

LIBRI SEPTIMI ANTOLOGIAS,

Latine reddita per Joſephum Scaligerum Jul. Cæſ. F. & Janum Douſam a Noortwyck.

NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO,

D. JOANNI AB OLDENBARNEVELT,

JURISCONSULTO CLARISSIMO,

Illuſtrium ORDINUM Hollandiæ & Vveſtfriſiæ Advocato, & a Conſiliis.

QUOD *Agathiæ meo ſuperioribus biſce diebus ad Illuſtres Hollandiæ & Vveſtfriſiæ Ordines aditum aperueris, Nobiliſs. Ampliſſimeque vir, ſecutus es ingenitam tibi planeque propriam benignitatem tuam & ſingulare quoddam juvandi ornandique litterarum cultores ſtudium. Quod vero illi ipſi* ORDINES *hoc quidquid eſt meæ opellæ Illuſtri ipſorum nomini inſcriptum adeo ſplendido præmio compenſarint; fecerunt profecto rem potentiſſima florentiſſimaque Republica ſua digniſſimam, & mihi liberalitate ſua pluſquam regia maximum ad hoc ſtudii genus alacrius perſequendum calcar addiderunt. Recte vero Symmachus, ad Heſperium ſuum ſcribens,* Scis, *inquit*, bonas artes honore nutriri, atque hoc ſpecimen eſſe florentis Reipublicæ, ut diſciplinarum profeſſoribus præmia opulenta pendantur. *Quo quidem eximio beneficio ut me ſibi perpetuum devinxerunt: ita tibi, Vir Nobiliſs. qui ſumma apud* ORDINES *ob eximiam doctrinam prudentiamque tuam, & præclara in Rempubl. merita, vales authoritate & gratia, quod tua in primis commendatione adeo uberem honorificumque laborum meorum fructum perceperim, quam maximas poſſum ago gratias, relaturus aliquando, ſi occaſio & facultas ſuppetat. Interea, memoris gratique animi veluti pignus quoddam, habe a me haſce* NOTAS, *poſt editum in lucem Agathiam natas, eoque præcipue conſilio tuo nomini deſtinatas, ut ſummum tuum erga litteratos ſtudium, & inſignes virtutes tuas, quæ te omnibus admirabilem reddunt pariter & amabilem, exteris etiam hominibus faciant notas.*

Bene Vale, Nobiliſs. Ampliſſimeque vir, & rei litterariæ magis ac magis fave. Erit hoc tibi in primis honorificum, & Reipubl. ſalutare. Lugduni Batavorum, Anno Domini M. D. XCIIII.

Dignitatis tuæ ſtudioſiſſimus

BON. VULCANIUS.

CANDIDO LECTORI.

ANnus eſt integer quod Agathias hic meus Græce eſt excuſus, neque multo minus quod & Latinus. Ad Græcam editionem uſæ ſunt operæ typographicæ codice meo vetere manuſcripto, quem propter valetudinem tum temporis incommodam, aliaſque juſtas ob cauſas, tranſcribere nec licuit nec libuit. Quo factum eſt ut præter vitia exemplaris quæ conſulto ita reliqueram, quod eorum caſtigationem Notis meis reſervaram, acceſſerint etiam alia menda typographica, ob inſolentiam characteris cui non aſſueverant operæ. Quum vero jam ad colophonem propemodum perducta eſſet etiam Latina mea verſio, venir mihi in mentem audiſſe me aliquando Coloniæ a Nobiliſſimo doctiſſimoque ſel. mem. viro D. Thoma Redigero, darum a ſe cuidam negotium tranſcribendi e quadam Italiæ Bibliotheca Agathiæ hiſtoriam; quod quidem cum jamdudum ita factum fuiſſe plane mihi perſuaſiſſem, miſi exemplar mei Agathiæ Græce excuſi ad Cl. V. Jacobum Monavium, rogavique per litteras ur illud cum manuſcripto codice Agarhiæ, quem omnino Uratislaviæ in Bibliotheca Ill. DD. Redigerorum exſtare purabam, conferri curaret. Quod quum ille pro ſingulari ſuo in rem lirrerariam ſtudio in ſe recepiſſer, ſpopondiſſetque curaturum ſe ur peritioni meæ prolixe ſatisfieret, ſimulatque præfectus Bibliothecæ, qui rum peregte erat domum rediiſſet: ſignificavit randem multis poſt menſibus Agarhiam MS. a Bibliorhecario, domum reverſo diligenter quæſirum nequaquam comparere; quod quidem & me & illos peſſime habuit: me, ob moram quam editioni vana mea ſpe injectam videbam; illos, quod in Bibliotheca ſua quem ſperabant theſaurum non reperiſſent. Ego itaque ne mihi ipſe longiore mora officerem, neve (quod in Cyrilli Alexandrini Libris De adorarione in ſpiriru & veritate, & in Concilio Epheſino Græco, jam accidit, & vereor ne etiam in Nicæno Græco accidar) ab aliis præveniter, mihique & labor omnis meus, & honos quicumque ex hac arena laboris plena exſpectari poreſt, veluri e manibus eripererur: editionem diutius differendam, dum ἀντίγραφον aliquod offerretur, non cenſui. præcipue quum plane καὶ ἀγαθῇ τύχῃ affulſiſſet Agathiæ parirer & mihi auſpicatiſſimum illud Julium ſidus; magnus, inquam, ille Joſephus Scaliger, maximi Jul. Cæſaris F. qui mihi metiro, quoties aliquis dignus vindice nodus occurrit, ſuir ἀκεσβεσάμενον ἀντιγράφου δίκλω. cujus quidem optatiſſimus in hanc Academiam adventus utinam Larinam Agathiæ mei editionem anteverriſſet. Plurimum enim illius litteratorum principis judicio in locis nonnullis de quibus ambigebam tribuiſſem; cui univerſus doctorum conſeſſus libens aſſurgit, faceſque ſubmittit. Supereſt, Candide Lector, ur operam meam quam optimi hujus authoris editioni interpretationique impendi boni conſulas; & cum apibus potius ſi quid in ea ſir boni decerpas, quam cum araneis ſi quid virioſi exſugas. Acceſſerunt Coronidis vice Agathiæ Epigrammara ἐφυτὰ ab Illuſtri viro Joſepho Scaligero Larine verſa, neque antehac (uno atque altero excepro) rypis edita, quæ cerre Juvenruti φιλόκλω veluti Canon quidam atque norma vertendi Latina de Græcis eſſe poſſunr,

Μορφῆς οἷς πλάσας κυάνεον βλέφαρον.

Tu etiam his Bone Lector utere & fruere, ut & nonnullis ejuſdem Agarhiæ Epigrammatibus quæ Nobiliſſ. Clariſſimuſque vir JANUS DOUSA Dominus a Noortvvyck Muſageta noſter verrir, quibus te fraudare nolui: ur nec Nobiliſſ. doctiſſimumque virum Theodorum Canrerum eo honore, quod de locis Agarhiæ nonnullis, quorum lectionem in Svida variare compererat me per litteras monuerit, quos, præter eos quos ipſe animadverteram, Notis

meis inſerui. Sed & de loco non uno Reverendum Clariſſimumque virum FRANCISCUM JUNIUM Collegam meum conſului, idque cum fructu. Libens enim eos qui ſymbolam aliquam ad hoc opus contulerunt laudo.

AD VIRUM CLARISSIMUM

BONAVENTURAM VULCANIUM

DE AGATHIA RESTITUTO.

SCAZON.

MAGISTRA vitæ Hiſtoria, quæ nihil pigræ
Oblivioni injuriæque ſeclorum
Patieur licere, laude perpeti dignos
A morte probibes alitis vebens Famæ
Populos per omnes non ſolubili penna.
Sed ſævieneis ludus ille Fortunæ,
Qui urbes & alta regna funditus vertit,
Sæpe obruit ſilentio obrutos leebo,
Et perdit evitatque temporum vitam.
Ne nuper hoc tibi accidiſſe miremur
Felix loquendi laude, Agatbia, at infelix
Inereiaque inſcitiaque lectorum,
Ni te rapaci vindicaſſet a fato
Felix & erudita cura VULCANI,
Hominum ut fruaris luce, pars tui & magna
Aliis ſibique laude poſtuma creſcat,
Segetemque famæ hanc vindici ſuo linquat
Et Editori, quem loquetur omne ævum
Functo necem abſtuliſſe, mortuæ & vitæ
Dediſſe vitam, quæ perennis huic ſtabit,
Dum ſtatio terris fuerit, & ſtata Phœbus
Niveam recurret orbita advebens lucem.

JANUS DOUSA F.

BONAVENTURÆ VULCANII

NOTÆ

IN AGATHIÆ HISTORIAM

Edit. Paris. pag. 178.

PAG. 5. Αγαθίου.) Auctor hic ab omnibus vocatur *Agathias*, ut & ipse de se loquens. *pag. 7. a* ἐμοὶ Ἀγαθίᾳ μὲν ὄνομα. In Epigrammatibus tamen interdum se vocat Αγαθίων.

Σχολαστικῶ.) Hoc eſt, συνηγόρῳ, ſive Advocati. Erant enim inter alias Scholas ſive Collegia, etiam Jutis peritorum Scholæ unde Scholaſtici dicti. Juri veto ſe Legibuſque Romanis operam dediſſe teſtatur Agathias. *pag. 7. a.* στίχον δὲ, τοῦ Ρωμαίων νόμοις, καὶ τῇ δικαιοσύνῃ αἰχμὴν. & ſub initium libri tertii teſtatur ſe a mane in veſperum in porticu regia forenſibus negotiis implicari, ut pulcherrimo Epigrammate ad Silentiarium, cujus initium eſt ὀνόματι μὲν χαίζειν, teſtatur ſe Jutis ſtudio occupationibuſque forenſibus ab agris & a ſylvis & ſuaviſſimo in iis avium concentu, & ab amoribus ſuis avelli; his verbis quibus Epigramma claudit,

——ἀλλά μοι δικαιοῦ
ἀρχαιοπρεπὴς παλαιὸς ἀκαμπὴς δύος.

quod Ill. V. Joſ. Scaliger ita vertit,

——*Sed me Juris tutela, pluſque*
Dorcalide a teneris tam procul arcet bonis.

Pag. 6. b ὑπερὶ τὰ πολλά:) Hæc ad litt. uſque c. ad verbum χρησίμως omiſit vetus interpres, cum tamen elegantiſſimam contineant Poetices commendationem e Platone deſumptam.

Pag. 7. a μάλιστα:) Falluntur qui Agathiæ patriam fuiſſe putant Smyrnam, quæ vel locus Corinthi, vel Corinthus ipſa fuit; Error inde meo judicio natus, quod apud Svidam ita legatur, Ἀγαθίας χολαστικὸς σμυρναῖος: cum τὸ σμυρναῖος non ſit nomen patriæ, ſed refereodum ſit ad χολαστικός. quod nimirum ibi Scholaſticum ſive Advocatum egerit. tametſi Medicorum potius Scholis Smyrna fuit celebris, ut Juriſconſultorum Berytas. *pag. 6. d.* a voce, ἀλλὰ, uſque ad *pag. 7. e* ad verbum ἄξιον. omiſſa ſunt a Perſona vetere Agathiæ interprete, quum tamen elegantiſſime in his Hiſtoriam multum habere cum Poetica affinitatis oſtendat; & patriam ſuam accurate deſcribat; ac denique Hiſtoricorum ſui temporis adulatoria vitia perſtringat. quod plerique eorum Encomia non Hiſtoriam ſcribere videantur. *pag. 179.*

Pag. 8. b lege potius dualiter Ρωμαίω. tametſi non verti *Romani erant*, ſed *a Romanorum partibus ſtabant*, quod hæc nomina Stoicas & Gontaris Romanorum appellationes nequaquam eſſe videantur. *Ibid. d.* ἀνὰ τὸ) ſi ductus videtur *d* ἀνὰ interpretari *Inaudita* pro ἀνήκουστα, ut omnino Græcis ea ſignificatione eſt inſolens vox, lege potius ἄνοπτα καὶ παράλογα.

Pag. 10 c. ὑ συμβίοις.) *Campeſtres*; Incertis ſedibus errantes, ut Scythæ: de quibus Horatius, *Campeſtres melius Scythæ, Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos.* Nam *Paſtores*, ut vertit Perſona, ſunt ποιμένες. Ibid. Δοὺς δημοσίων:) Nimis quam inepte Perſona *medelis*, vertit, cum dicat Francos religione, & cultu numinis convenire cum Romanis.

Pag. 11. a ὡς ἐκεῖνο τὸ χαρᾷ:) ὡς accipio pro ἴσως, ut & Hom. ὡς τε pro μάλιστα τῶν. *Ibid. c.* ἰσόρροπα. Eſt autem ἔπαρμα. Nexus capillorum in acutum deſinens. qui quidem in viris vocatur κρωβύλος, in mulieribus κορυμβος, in pueris σκόρπιος. *d.* Σκυθῶν ἔθνος *ἀλκὴ:) Tametſi non male legi poſſit Σκύθαι θεᾶς χεὶρ ἀδελφὴ, malui tamen veterem lectionem retinere, & lacunam ſupplere adjectione vocis πόνῳ: qua phraſi Agathias etiam alibi utitur, πόνῳ ἀλκὴ, motbo correptus.

Pag. 12. a lege ὁ δὲ τὸν δεύτερον τοῦτον καὶ ἀριστερὸν. niſi mavis ſubaudiri τὸ, ὑπνοῦ.

Pag. 15. c. ἐν ἀμφιτῦ) Svidas in voce Αλγέρης legit ἐν ταμιεῖῳ, recte. Eſt enim τὸ ταμιεῖον idem quod ἀποθήκη; vox Arriano familiaris. *d.* ἐνδυκῶς) melius ἐνδυκῶς. *Ibid. e* ἐδέξατο ἀνυποφόβως) Svidas legit ἐδέξατο χαίνων ἀνυποφόβως.

Pag. 17. c. παρῆγε) Svidas legit παρήγαγε. *Ibid.* ἐναλλάξων) Verti, *Complicatim*, συμπεπλεγμένος. *pag. 17. e.* ἀνταδελφεὸν) Vocabulis Homericis frequenter & valde appoſite utitur Agathias, quæ annotarem explicaremque ſuis locis per Homerum, niſi Homerum potius per Agathiam commodius alias explicare ſtatuiſſem. *Ibid.* μαδῶν) Svidas ſectius legit μεταμαδῶν.

Pag. 22. b ἀ σωιδας) Svidas ἀ γὰρ σωιδας.

Pag 23. c δυσκεκλῆ) verti, *Cum more conſiſtamus*. qua voce in eadem fere ſignificatione utitur etiam Infra *pag. 70. d*

Pag. 24. a. ὑπερμάσσων) Legendum omnino ὑπερμάσσων. hoc eſt *moleſte & indigne tulit*. Frequens eſt apud Herodotum uſus Jonici verbi ὀμαρτῶ, quod interpretatur Scholiaſtes δυσφορῶ, & πεφιμωτῶν, hoc eſt ἀχθομενῶν, δυσκολαίνων, κἀκῶδα. moleſtia & mœrore affici: ita ut τὸ νῦν Agathiæ ſignificet ὑπερβολῶς, ut τὸ πάνυ Herodoto τῶν περισσοτάτων. *Ibid.* καὶ ταῦτα μὲν ἀντῷ ἐστω μάλα μετὼν) Vitium eſt Cod. MS. Legendum omnino μετῶν. ut & Svidas legit, & Agathias hoc loco utitur, εἰ μετῶν ἐν μέρει καὶ διβάσιμα τῇ φύσει. multiſque aliis in locis hac phraſi uritur.

Pag. 25. a. ὑπὲρ ἐκεῖνα ἐλαυνόμενος) Perſona videtur legiſſe ἔμπαν. vertit enim, *Caſtello Illyrico*. *Ibid. b* ὑμολογίαν.) Crediderim Agathiam ſcripſiſſe ὁμολογία. *Ibid. e* μετανάστας) Vitruvius hæc Intervalla tuetrum appellat.

Pag. 26. c αἰμονες) Moderatores vel Correctores rectius eos vocandos cenſui, quam ut Perſona, legatos. *b* μόνον) Perſona legit βίον, quem etiam ſequutus ſum; tametſi codicis mei lectio magis placet. *d* ἐς νέωτα) Miſere lapſus eſt vetus Interpres vertens *ad Neota oppidum*; qui error ipſum etiam Agathiæ interpolatorem ita ſubterfugit, ut in Indice Agathiæ annotarit, Neota oppidum, cum ἐς νέωτα ſignificet εἰς τὸ ἐπὶόν ἔτος, in proxime ſequentem ſive novum annum. Redintegratum enim eſt bellum ſtatim ineunte vere ſequentis anni. Ita enim orditur ſecundum librum Agathias, ἐδόκει τὰ ἔρια ὑπερτίμνειν. *Ibid.* τὰ ἀρχεῖα) verti *Archiva*, per quæ, eam Curiæ partem in qua hæc aſſervantur intelligo *Ibid.* κιγκλίδων) Elegantet explicat Etymon vocis Latinæ *Cancellaria*, ejuſque uſum, ac cendo ſcilicet vulgo. *e* ἀναδὺς φρυαγμάτων.) Hunc Primicerium domeſticorum vocat Notitia Imperii. *pag. 180.*

Pag. 24. e παλιόξις) hoc eſt, ut recte interpretatur eltans hunc ipſum Agathiæ locum Svidas, ἐξ ὀπισθορμῆς δίωξιν quod ἀναπάλιμμα ſive artem, μεταφορικῶς ſcilicet, hoc eſt retroverſim in fuga pugnandi, Agathias barbaris peculiarem fuiſſe ſcribit infra *pag. 46.* unde elegantiſſimum illum Hunnorum morem, & quo pacto ea ratione multo gravius hoſtem lædebant, petere pores. Eſt vero etiam παλιόξις, vocabulum plane Homericum, de quo alias, ut ſupra pollicitus ſum, commodior erit dicendi locus.

Pag. 26. a τῷ δεμὰ τῇ σάλπιγγι κατεβομβοῦσθαι) Annotavit hunc locum in ſuis Animadverſionibus Hadrianus Junius lib. 3. cap. 4. & verſionem Perſonæ quæ ſic habebat, *Et tuba claſſicum perſonante obtundi* ſic corrigit, *Et confeſtim tubu claſſicum canente*

Digitized by Google

ad ſigna turmatim cogi: addens, *Id enim eſt meo quidem judicio* κατασκοπεῖσθαι, *Inſtar apum enamitis condenſari, vel apum more convolare*. Ego hoc tantum Narſeti propoſitum fuiſſe arbitror, ut & equitum & equorum aures crebro tubarum clangore perſonarent, eique aſſuefierent. Alia erant multa eo loco diguiora, quæ Junii aut alioqui illius qui totum Agathiam interpolavit, obeliſco configerentur, cujus generis eſt illud, καὶ τὰ λόγια ἐμαίνετο; quod ille ita vertit, *Prædagae omnes conſpurcabatur*, pro *Segetes polluebantur*, cum videlicet paſſim ſparſa jacerent cadavera. Vere autem Junius caput illud hiſce verbis claudit: *Libri muſteriani naſci mihi video, ſi cuadas, quæ in eo auctore latent meandas ſanare vel ſaltem ſibis induere velim*. Ibid. βραττίῳ) melius βραττίων.

Pag. 27. e. ἐ μάλα ἔρκεσιν ἐτυμώνι.) Vertit *potuit*. Perſona videtur legiſſe ἤρκεσεν. Vertit enim, *Cum fratri auxilia mittere nil placuiſſet*. Ibid. τυγχάνω Teſtatus ſum in Epiſtola ad Lectorem me pleraque veteris codicis viria ita ut erant conſulto in hac editione reliquiſſe, eorumque correctionem Notis reſervaſſe. Legendum itaque omnino κυλίνει, ut & verti, vel κυκλεύτιον. *Ibid.* ἐν αὐτῷ δὲ τῷ αἰγιαλῷ τὸ ἐπικαὶ κίονα. Hoc loco Adriam vocat Jonicum ſinum. ſupra *pag.* 26. diait Adriam pertinete ad Hydruntem. hinc iocipere Jonicum.

Pag. 28. a. ἀλκαιοτέρας) Quod alii pluraliter duabus vocibus dicunt ἀλκαὶ κοτέραι, hoc Agathias ignoratione linguæ Latinæ unica voce per genitivum ſingularem protulit. c. πορίκιος) Verti *ſena*, ſive integra *meate*; hoc eſt σώρου: opponit enim hos duci ipſorum, de quo antea dixit, παρελθὼ τὸ ἡγεμόνι, καὶ ἑλόντα περιφανῶς, καθάπερ οἱ ἰκτῖνες καὶ μιμηλόταται. Notum eſt illud Epicharmi, νῶν. d. μᾶλλ) frequens eſt in V. C. bicerror, τὸ μᾶλλον pro μᾶλλον, & vice verſa. Ex mea verſione facile erit cuivis hæc talia emendare.

Pag. 29. b. ὡς ἓξ ἐν αὐτῷ πολέμων τολμᾶν κατάρχεσθαι.) Somniat Perſona cum vertit, *ita ut vel dormienti ſibi interdum jam bellum inferre*. pro, *tamquam in ipſius poteſtate futurum eſſet bellum inſtaurare cum vellet*. Nimis nota eſt phraſis, διὸν ἐν γνώμαις κεῖται, ad quam alli dicitur. *Edit. Pariſ. pag.* 182.

Pag. 30. b. παλιμβολία) Svid. παλιμβολία utraque lectio eſt bona, *ibid.* d. φρονέμα.) Svid. παμφάγα. e. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι) adde κίρκοι.

Pag. 31. b ἐφ' ἑτοιμοι καὶ σφετέρᾳ) Aut deeſt τὸ σφῶν αὐτῶν, vel redundat τὸ καὶ. c. καὶ λίαν φρονιμότητι ἐοικὼς) Perſona, *Et prudentiæ ſibi nimiam vindicare*. Quam apte convenit prudentia cum eo quod præcedit δρασύς, γε ὦ ξύμμαχοι ſcilicet. Immo vero hoc in eo damnabat Narſes, quod ita eſſet pervicax & præfractus, neque illum facti ſui pœniteret, ſed adhuc ſanguinarium animum & cædem ſpirantem præferret. Quo fit ut omnino legendum cenſeam φονῶντι. Svicas voce φονῶντι. οἱ δὲ λοιπὸν ἐβρυχῶντο φονῶντι, hoc eſt, φονέων φρονήματι. cædis avidi.

Pag. 32. b. δορίγυιον) Non male etiam legeris ἄκοντον.

Pag. 34. b. ἢ δὲ οἱ περίοντα) Aut παρῆλθε τὰ ἢ δὲ. aut legendum conjunctim una dictione εἰδοὶ. qua voce ſæpe utitur Agathias. *Ibid.* συναγλαΐσμενος) vetus Cod. aliam lectionem ad marginem habebat, συναγμένος. quæ & melior eſt, & Agathiæ uſitata, pro συναγμένος. c. ῥίζημα κακοῦσθαι) Curatur etiam hoc epigramma Libro cui titulus φιλοπόνημα Κωνσταντίνου βασιλέως λέγεται τὰ σοφὰ παρὰ Ἕλλησι ἔπη ἀνθρώπου, Themate undecimo dicto λογγοβαρδίκα: quem librum ad me miſit Cl. V. & de omni literatura optime meritus Perrus Pithœus. eumq; volente Deo, obi libentem nactus fuero typographum (nam ille παρὰ δημοτικοῖς ἀναγνώσμασιν jam antea a me editus eſt) in lucem emitram. In eo itaque Conſtantinus de Borelluo ita ſcribit: ἐνὶ ἕ ἡμῶν ἰκανοῖσιν, μᾶλλον δὲ ζῶσιν, παρέλαβον οἱ Γότθοι τὰν τὸ νικόλαν, καὶ τὰς λοιπὰς παρακμάσας πόλεις, ἀν ὑχὶ βασιλέων ὁ Φραγκῶν κρατήσας, δι κατεπλήσσων ὁ Νάρσης παρὰ τὸν τυραννίδι Κακυλίνον, καὶ τολμῶν ἐξάπινα, καθὼς τὸ ἐπιγραμμα λέγει. *Ibid.* pro χώμα Conſtantinus legit ῥῶμα, & pro δορὸν, δαιτὸς. d. ἀκολασίαν) Rara ſignificatione pro μανίαν, ut & ἀκολασαίνω pro μαίνομαι. e. ἀ δὲ τραπτοῖς) adde ἀβ.

Pag. 37. e. ὑφ' ἑαυτῷ γὰρ ἀναλαβόντας λίθῳ) Utitus meta-phora qua & Æſchylus in Prometheo, ὅτι πλανᾶσθαι δόμοις ἀρχαῖοις ἔοικε. & de Scythis. οἱ πλανῆται τέγαι ναίουσι.

Pag. 38. c. καὶ ἀμαθίαν τὴν ἄνευθεν ἐπιόντα ἀγνοίαν.) De duplici hac ignorantia vide Platonem in Sophiſta, quam ἀμαθίαν vocat τὸ μὴ κατειδέναι, δοκεῖν εἰδέναι. Cum is qui rem aliquam non intelligit, putat ſe intelligere. Ἀμαθία γὰρ ἀρίστου, inquit Thucydides. & plerumque quo quiſque indoctior, eo confidentior. quod malum ſi quem occupet, facit ne magnos umquam in ulla arte aut ſcientia progreſſus facere poſſit. Nam ut recte ille, ἄμοιρος ἐπιστήμης φρονεῖν. quod ideo hoc loco dicendum putavi, ut bona ingenia ab hac νόσῳ veluti certiſſima ſtudiorum peſte ſibi caveant.

Pag. 39. a. τοῦτο δὲ τὸ τῆς ὕλης χωρίον.) verti, *Quod hac regio*, terrena nimirum, ſive potius Terra ipſa. ita enim etiam infra *pag.* 105. e ὕλαι vocabulum hac ſignificatione accipio, *ibid.* ἐν τῇ ἀσίᾳ καλουμένῃ χώρᾳ) Perſona ſui ſimilis turpiter & ipſe errat, & alios Græcæ linguæ imperitos in errorem trahit, vertens, *Trallis civitas olim in Aſia quæ Choos nunc dicitur*. Non animadvertit τὸ ἀσίᾳ hoc loco non eſſe nomen ſubſtantivum ſed adjectivum, poſitum pro ἀσιατικῷ. & τῷ χώρᾳ. ſignificate, campum. Ego itaque ita verti, *Trallis urbs in Aſia* (*nunc ita dicta*) *campo*. Eſt autem hic Campus, ſive ager Aſiaticus, quem Homerus ἰλ. α. ἄρουρα λειμῶνα vocat, dicens, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου μέθ' ῥέεθρα. qui & καϋστρος & per dialy ſim καΰστρου dicitur, a flumine qui loco eſt cognominis, & χώρα ipſa κρημνώνη. Vide Euſtathium in Hom. & Dionyſium, & Strabonem lib 12. qui ad locum hunc Agathiæ explicandum optime facit. Cauſam enim addit, quare Trallis rotaque illa ad Mæandrum fluvium regio ſit terræmotui obnoxia: χαλᾶν δὲ τοῦ ἐπιστέγου ἐστὶ καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν μαίανδρον χώρα, καὶ ὑποσείεται πυρὶ τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. b. χαμαίμονα τοιοῦτον.) Simile hujus Chæremonis exemplum commemorat Philoſtratus lib. 2. βίων σοφιστῶν. in vita Ariſtidis; cujus verba operæ pretium eſt hic adſcribere: ἀλλ' ὁ γε ἐπιδεικνύμενος, Ἰταλοὶ τε νῦν, καὶ ἐπὶ Ἕλλ, ἐξ ἀφῶν τῷ δήματα κατασκευάμενος ἀγύρτου. οἱ χαλκοῦν ἐποιοῦσαν αὐτὸν ἐπὶ τῶν τῆδε ἀμφιθεάτρων ἀγορᾶς. οἰκοῦν δὲ καὶ τῶν ἀμφιθεάτρων τὰς σφραγῖδας ἐκπαίων, ἀλλὰ διαμένοντός τε, καὶ ἀκλινέστατα. τῶν γὰρ τοίχων ταύτῃ ἀφανιζομένων σκεμῶν τε καὶ χεσμάτων, ὅταν τι ὀλισθήσετο περὶ τὸν μέγαν, οἱ τῷ μὲν ἄλλῳ μορφῇ, δεικνὺς ἐστιν ἐξω τὸν βασιλέα, ἐπὶ δὲ τῷ ζέφυρον ἐμφαίνει αὐτῷ πνεόντων, καὶ δάκρυα τῷ βασιλεῖ ἐπιτάξας, ξυμπλάσας τε τῷ τοῖχα ἐκ τῶν ἀμενηνῶν ἐνδοσίμων πλάσας. c. χώματα οἱ πλίνθοι ἔσαν) Strabo lib 12. ἐπιῤῥοώσης δ' ὁ ὀμβρίων χωμάτα ἐποίει, καθάπερ καὶ φράττειν ἐπὶ τῇ γονάτων συμφορᾷ Τράλλεσι, διὰ τὸ γεωλόφου καὶ ἄκρα μέρη ἀπολιπεῖν ὁ ποταμὸς αὐτὸ καὶ τόπους καὶ καθ' ἑκάστην. e lege Ἀνὸ δὲ συγχύσεις τοῦ ὕδατος. In dedicationibus enim ſubaudiatur verbum. Virg.

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Pag. 42. b. ὦ γλυκὺς ἄνθρωπε βραχύβιε· τί καὶ διὰ βαλίου) Lege hæc per parentheſin. βραχύβιος autem barbaris Activus. ut & Galli. *Aſſif.* Hiſp. Bivo, Bullicioſo. Latine Acer. & τὸ βραχύβιον. (quod vocabulum Agathiæ eſt admodum frequens) Acrimonia in rebus gerendis. Horat

——*Acer Dryophbus Excepit boſtes.*

Ibid. e. παραβαλόμενον.) rectius παραβαλόμενον.

Pag. 43 b. κατοίκου) rectius κατοίκιον. c. δίκαιος ἐμὲ χθὸν, &c.) rectius meo judicio legitur apud Svidam ἔμαι ἄκαιρ τι πάντα ἐμαλακίσατας ἐκ ἀνυρόμενος, &c.) *ibid.* φορεῖδα Interp. *Imperta facto*, abſurde: Immo vero *Geſtatar*, lectica fortaſſis. d. ἔρυι ὁ τι κάνει) Herodotus in Clio, τάδε μὲν τὰ ὑπ' ἡμέων λεγόμενα, ἐξ ἀκριβείου περὶ τῆς ἀποδημίης, ὡς ἐς φεύγοντα Σόλωνα ἐπορεύθη ὁ Ἀθηναῖος ἀπὸ τῆς πάτρης ὁ τοῦν, φεὶς ἀνὰ ἔρηδον ἔ τοῦς ἄλλους ἐξ· μάζων μὲν γὰρ ἀπρεκέως οἶδα τοῦτο ποιήσαντος. Ευφορίων γὰρ δὲ πυθέσι καταμυρίσαντα δὲ ὦ τὸν νέκυν οἱ παῖσαι, γῇ κρύπτουσι. e. ἐς τὸν ἀγρὸν) addendum meo judicio ἔκμηνον. *Ibid.* ἐρεννεῖται ἀγωνίαι) rectius fortaſſis ἐρέγονται.

Pag. 44. a ἐν ᾧ σκέτο πυλῶν.) Eurip. Hecuba, ἔπειτα πεζὸν κωλῆσαι καὶ σκότου πύλαις λιτῶν. Ita Hom. σὺν δὲ periphraſtice τὸν ἄδην vocat: pes ingreſſum enim ſignificantur interiora Orci. Nam πύλαι vocatur ipſe locus τῆς εἰσόδου. δόμοι vero αἰ σανίδες. ὑπὸ τὸν χθονίων) rectius ὑπὸ τοὺς ὑποχθονίους, &c. d. τάδε τὰ

Digitized by Google

ἄγε αὖτ' ἐπείνης) lege ἐπείνου videlicet ἄγου. ἄγος autem prius vocat μητροκτονίαν, poſterius μοιχείαν. quod eleganter per circumlocutionem vocat Homerus ἔργα ἀπείρατα. inquiens καὶ ἀπείρατα ἔργα ἀπείης.

Pag. 45. c. γεγαίρει δὲ ἐς τὰ μάλιστα τὸ ὕδωρ.) Strabo de Perſarum religione ita lib. Πέρσαι τοίνυν εὐχόμενοι καὶ θυσίας ἄγουσι· δύνει καὶ ὁ ὑμέτερος τόπος, τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐμὸν δίκαιον· τιμᾶσι δὲ καὶ ὕδωρ ὥστε καὶ ἐπὶ πόταμον καὶ συνιόντες, καὶ ἀφροδίσια καὶ τἄλλα χρώμενοι καὶ ἀπὸ ἐνίων ἔθυσαν. *ibid.* εἰς μὲν τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτῷ ἐπιτηδείως ἔχειν ἄλλοι ἀπεδέχοντο, ὅτι μὴ πάντα τὰ ἐκπεπωκότα τὸν τῶν φυτῶν ἐπιμελοῦνται.) Citat hunc Agathiæ locum Joannes Brodæus in doctiſſimis ſuis in Epigrammata Græcorum Commentariis, ſed ita ut a Perſona ſuit verſus, immo perverſus his verbis: *Venerantur autem quam maxime aquam, atque adeo ut ne hoc quidem factem abluant, nec eam quoquam pacto attingant, ſiſte potandi gratia, ſive arbores irrigandi, ſive ut alioſcumque.* Abſurda plane ſententia. Quis enim neſcit ignem & aquam hominibus adeo eſſe neceſſaria, ut hominum ſocietate indigni olim fuerint habiti, quibus eorum uſu interdiceretur? Neſcivit Romanus ille interpres, ὅ τι μὴ ſignificare Niſi, vel Præterquam. Hoc enim vult Agathias, Perſas Aquæ in neceſſariis tantum ad vitam humanam rebus, potus nimirum, & irrigandi plantas cauſa uſos fuiſſe, non autem ἄλλως, hoc eſt temere. c. τὸ δὲ πῦρ ἀνοίοις, τιμῶν τοιόνδε τινὰ καὶ ἀγώνισμα.) Herodotus in Thalia; Πέρσαι γὰρ δοκέουσι εἶναι τὸ πῦρ. τὸ δὲ κατάπαν τοῖς ποιμέσι, ἰδιωτικὸν τοῦτο ἐὸν καὶ ἐπιχώριον ἐστὶ περσέοισι μὲν δίκαιον ἐμοῦτε, δεῖ δ' ἕτερον εἶναι τοῦτο τιμῶν τοιῶνδε ἀνθρώπων. Strabo. Τοὺς δὲ φρονίμους ἢ τοὺς ἐπὶ τὸ θεωρεῖν ἢ βούλεσθαι διατείνειν. Quanto vero in pretio fuerit apud Perſas Ignis & Aqua, teſtatur elegantiſſimum Dioſcoridis Epigramma Anthologias lib. 3. tit. εἰς δῶρα. quod quidem ita habet;

Εὐφρίτᾳ μὴ κεῖσε φιλήσομαι, μηδὲ μείνῃς
Πῦρ' ἐμοὶ· πέρσαι γάρ, καὶ ἐν ποτίμοις
Πέρσαι ἀνδρῶσιν· καὶ δίψαντα· πῦρ δὲ μένοι,
Ἢ μὴν τῷ χαλεπῷ πυρὶ τέρψιν ἔνεστιν.
Ἀλλὰ πυρὶ λίκνομαι, δίδυ χθονί· μηδ' ὑπὸ πυρῇ
Λυπρὰ χέοι· εὐδόμενα δ' ἀστοῖσι καὶ ποτάμοις.

c. ἐν οἰκείοις τοῖς ἱεροῖς.) Hæc templa apud Perſas vocabantur πυρεῖα, Straboni lib. 15. πυραθεῖα dicuntur, qui & in Cappadocia multa fuiſſe Perſicorum deorum templa teſtatur, & Magos eorum Sacerdotes Πυραθοὺς dictos fuiſſe. Ita Romani perpetuum in Capitolio ignem Veſtæ ſervabant.

Pag. 47. c. εἰς ἃ τοῖς βαρβάροις διφθέραις ἀπογεγραμμένα.) Verti, *ut in regiis membranis conſcripta.* Ita vereres Gloſſæ. Διφθέρα, τὸ βιβλίον. Membranum; Codex. Continebat vero hic Codex eorum, qui tam civiles quam militares dignitates adminiſtrabant, nomina, genus, inſignia & ſtipendia, cum magiſtratus codicillis & principum mandatis. Is Codex poſtea Laterculi nomine eſt appellatus; ut & Cedrenus πινακίδιον vocat a ſimilitudine videlicet & forma Lateris cocti. quemadmodum & olim Pugillares a triangulari forma ad imitationem litteræ Δ, Δέλτοι & δελτοειδῆ βιβλία dicta fuerunt. Huic vero Codici Laterculi nomen ſub Antonlois Inditum fuit. Tertullianus enim qui ea ætate vixit, agens adverſus Valentinianos, ubi loquitur de animabus natura bonis, quas Valentinus beatas eſſe ſtatuebat, *Ex earum*, inquit, *laterculo & in Reges & in ſacerdotes allegare conſueverat.* Erat vero Laterculum ſive Codex ille, de quo diximus, vel Membranaceus vel Membrana obtectus. Ita Hiſpani, apud quos hodie multa exſtant antiquitatis veſtigia & præclara monumenta, Codicem veteriſſimum, unde illi familiarum ſuæ gentis genealogias petunt, vocant El libro del Bezerro. quod idem eſt atque Διφθέρα, ſive Codex membranaceus. Recte autem Etymologicus Græcus Διφθέραν, interpretatur, γραμματεῖον, ἢ βιβλίον, ἢ δέρμα. Putidam vero, ut in aliis multis vocabulis, Etymologiam adfert, dictam διφθέραν quaſi δυοφθέραν. τῶν ἐν τοῖς δυοῖν μέρεσι φθειρομένων γραμμάτων.

Pag. 48. a. Ἥλιόν.) Annotavit hunc locum olim Hadrianus Junius lib. Animadverſorum primo, ubi merito nimis quam ridiculam Chriſtophori Perſonæ verſionem exagitat. Et recte caput illud hiſce verbis claudit: *Libri materiam naſci mihi video, ſi cuncta quæ in eo actuore mundat ſanare vel ſalvem ſibilo inducere velim:* cujus viri hoc loco auctoritatem interponere libuit, ut intelligant malevoli quidam homines & alieni laboris obtrectatores iniquiſſimi, quam parum hujus interpretis verſione adjutus fuerim. *ibid.* τὸ ἀκριβὲς οὐκέτι ἦν παλαιὸν ὀνόματος καὶ ἐκλελοιπός.) Hadr. Junius lib. & capite modo citatis hunc locum ita vertit: *Qui enim fieri potuit, ut pure illa veterum nominum libertas, quæ, (omitto rerum naturam) cum primis eſt profuſa & opportuna, in agreſti & barbara lingua conſerretur?* alicuius paulo cum a mente Agathiæ, tum vero a proprietate vocum Græcanicarum. Ego malui vertere: *Qui enim fieri poterat ut puritas illa veterum nominum & nativa gratia, & præterea (nam hoc eſt, τὸ περισσὸν, familiaris admodum Agathiæ phraſis) verum ipſarum naturæ congruens, valdeque accommodata, in agreſti quidam ineptiſſimaque lingua conſerveretur?* τὸ ἐκλελοιπὸς enim, ſive τὸ ἐκλελοιπὸς τοῦτο interpretor, non *Libertatem*, ſed τὸ μὴ κατὰ πάθολόγον χάραγμα: hoc eſt, nativam minimeque fucatam vel adulterinam gratiam & venuſtatem. Nam quod Perſona vertit, *veram illam & liberam veterum nominum pronuntiationem*, nimis eſt abſurdum. *ibid.* b. γεγαμμένος.) Had. Junius legit, γεγαυμένος, & vertit, *Drlinitus.* mihi magis placet mei veteris codicis lectio γεγαμμένος-ἔτι & γανύδει & γανύσει eadem ſignificatione accipiantur. Svidas tamen hunc locum citans legit γεγανυμένος. *ibid.* διατάττεται κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἦθος, τὸ βαρβαρικὸν ἐκεῖνο.) Hadr. Junius eodem loco ita vertit, *vivendi genus parum civile ſecutus.* quod in Græco tentia quem ipſe ſibi allegat, eſt βαρβαρίζει: quod quum interpretatur, *Parum Civile vivendi genus*, paruna commode ſententiam Agathiæ exprimit, quæ hæc eſt, Chosroen natione barbarum & lingua, exiguos in philoſophia progreſſus facere potuiſſe: etiamſi interpretem habuerit qui ſibi Græcorum philoſophorum ſcripta in Perſicam linguam verterit, quod lingua illa parum ad hoc ſit idonea. d. τὸ κρίσιμον τῆς.) Hadr. Jun. *de ſummo bono*, immo *de Deo.* uſitatus admodum Agathiæ hujus vocabuli ſignificatione. *ibid.* ἀπαιτηλεύσας.) Svidas legit ἀπαιτηλός. non ita recte. *ibid.* γραμματικὸν.) Svidas legit γραμματικῶς. *ibid.* οὐδὲ μὴν βίου αἰσχρᾶς ἐκλελοιπτικὸν.) Hadr. Jun. *nedum elegantiore vita eruditi.* Ego verti *ſed nec ſatis frugi hominem*, hoc eſt vitæ parum probæ. *ibid.* ὑπερβάλλοντα τὸ λεγόμενον παῖδα φύσαντα.) Citat hoc proverbium Svidas in hunc modum: ὑπερβάλλοντα παῖδα φύσαντα) ἀντὶ τοῦ ἀσύντακτον ποιοῦντα. cui adjungit teſtimonium anonymi, ut ſæpe facit, auctoris. οὐδὲ ὑπερβάλλοντα τὸν δεσπότην κατ' αὐτὸ λέγουσι τὸ λόγιον εἰς τοὺς δυσσεβοῦντας, ἀλλὰ μᾶλλον ἐφιζανόντων τῶν ἐπιλοίπων ἄξια γονεῖς καὶ καθαρὰ ἀναδύντα μαστιγοῦσθαι τοὺς υἱοὺς τοὺς δυσὶ. Cui explicationi locus eſt plane geminus apud Martinum in vita Procli, qui juſto ordine illum proceſſiſſe ad Platonis μυσταγωγίαν inquit his verbis. ὁ δὲ ἴσως μὲν ἀνεδύετο ἄλλως, καὶ ἐπὶ πόρον τοῦ Ἀριστοτέλους ἐπιστήμης φοιτήματος λογικῆς, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰ φυσικὰ, εἶτα τὰ μαθηματικὰ ἐπειρᾶτο ἔχοντα) ἐξ οὗ τὸν ἱκανὸν ἄσκησιν ἔφη τοῦτον ἐκπεπλῆσθαι τὸν μακρὸν μυσταγωγίαν, εἰς τὰ Πλάτωνος ἤδη μυσταγωγίαν, εἰς τὰ ἄνω, καὶ ἐς ὕπερ βαθμὸν τοῦ κρίνειν τὸ λόγιον, τὸν υἱὸν τὸν. E quibus facile intelligitur Agathiam de iis loqui, & proverbiale hoc loquendi genus uſurpare, qui non his artibus ac diſciplinis, quibus oportebat inſtructi, neque juſto ordine progredientes, ad graviſſimas haſce & periculoſiſſimas de Deo quæſtiones temere agitandas ſe conſerunt. quibus, aut aliis ejus generis utinam non hodie *σοφιστικοῖς* frequenter, ut Agathiæ ætate ἐξ βιβλίων πολιτικῶν perſonarent. quamvis in his ipſis audiantur quotidie multa hiſce indigniora. c. ἐπιλοιπὸν, καὶ μαστιγοῦσι ἐκ δίκης.) Hom. ix. β. Ἀχαιῶν δ' ἔτι μοῖρα ἀμήχανος ἐπλήσθη; hoc eſt, ἐθορύβει, tumultuabatur, nullumque verborum finem faciebat. Nam ita recte explicat Agathias Homericum illud Theriſiæ epitheton ἀμήχανος.

Pag. 49 b. Σχεδὸν ὁμοίως τῷ Σκηπλίῳ) Hæc, & præcedentia in litt. b. ab his verbis εἰ γὰρ τὰ δαίμονα, ad hæc uſque verba, ἀλλ' οὐδὲ &c. omiſit Perſona, conſulto arbitror, ut parum a ſe intellecta. Interpolator Agathiæ in hac de Uranio narratione multa eſſe vitiata & mutila teſtatur, quæ nimis prolixum futurum fuiſſe dicit omnia retexere; adſcribam tantum, inquit, verba pluſculorum (credo addi debere *verſuum*) quæ uno loco deſunt: quæ quidem dum Larine vertit, prudentius meo quidem judicio feciſſet, ſi cum aliis ſe ncentis locis præteriſſet, neque atti-

Digitized by Google

attigiſſet. Nam quod illud Θαμὰ ὁμιλεῖν τῇ θηρικλῇ, interpretatur, *frequenter cum proma conda colloquens* nimis eſt frivolum ac putidum. Feſellit illam articulus fœmininus τῇ præpoſitus voci Θηρικλείῳ. Fœminam itaque aliquam ſignificari ratus, legit Θηρικλείῳ, vertitque *Promam condam*. quæ tamen vox, ſi proba eſſet, Janitricem potius ſignificaret, quam eam, quæ Cellæ vinariæ curam gerit, quod muliebre officium apud veteres fuiſſe neqnaquam probaverit: Ego itaque non Θηρικλείῳ, ſed τῷ Θηρικλείῳ legendum eſſe, ut habet meus Codex MS. conſtanter affirmo, & ſubaudiendam eſſe vocem κύλικι. Verti itaque, *Thericleum poculum frequenter ori admovens*, ſive, *frequenter contrectans*: eleganti plane ſignificatione verbi ὁμιλεῖν. Dicebarur autem veteribus Thericleum poculum, auritum & capacius, quo Herculem olim uti ſolitum auctor eſt Aleais. Fidem facit Athenæus lib. Dipnoſ. 11. qui & hæc adjicit, ὅτι δὲ κύλιξ ἐστὶν ὁ Θηρίκλειος σαφὼς παρίστησι Διόφαντος ἐν τῷ περὶ συνθέτων ἱστορίᾳ. Διηγήσασθαι γάρ τι περὶ τερμίνθου. φησὶ τοιοῦτόν τι ἐξ αὐτοῦ κύλικας Θηρικλείους. Primam vero horum poculorum inventorem fuiſſe ſcribit Thericlem quemdam Corinthium figulum, a quo & poculo nomen. Euſtath. in Ἰλ. σ poculum δηγενὲς aſurpari ſolitum ſcribit, Θηρίκλειος ſcilicet & Θηρίκλινον. ut omnino neceſſe ſit in priori ſubaudiri, κύλιξ: in poſteriori, κοτύλιον. Vult autem ita dictum vel ab auctore Thericle, vel quod Θηρίων μορφαὶ αὐτῷ ἐνετυπώθησαν. quod ferarum figuræ in iis eſſent formatæ eſſent: ὁ δὲ Διόφαντος κλανὶ. καὶὐδενὸς γὰρ κακὸν αὐτῷ κύλιξι τοιοῦτος. Sed de his plus ſatis. Illud obitet monebo, loco Athenæi jam citato pag. edit. Baſil. 232. lin. 39 legendum εἰ γάλα κερασθεῖεν, ὡς Θηρικλεῖ ποτὲ ἐνεῦρε. ἰωλοκρασία) Potus qui multo ante mixtus ſive tempetatus fuit. ἰωλὰ enim τὰ ἀρχαῖα. Unde & ἰωλόκαρπα, ὁ ἀφ' ὥρας τεθνηκώς. Vocatur & λαπαρὸν, τὸ λάμα (non ut in Svida legitur λάμα) τοπικῶς. hoc eſt τὸ λαὶ ἔμπαν. ibid. ἀφυγραίνει) verti *addulcat*. ea ratione qua ὑφύγμα ſignificat τηγανίτης. ibid. αὐτῷ) varti, ibi aut ſi mavis, lege αὐτόν. d. ἀλλάμα) alias ἄλλαλος, forte, ἀλλάξας. ibid. ἀκρατόποτον.) Ita vocant quod in quaque re eſt ſummum & præſtantiſſimum. Callimachus:

Δοκὶ δ' ἐκ κάτω πατὸς ὕδωρ σύριγξι μαλιστα,
Αἳ ἄνω πεδιαρὶ τε καὶ ἀγκωνητοὶ ἀείρου
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγον λάβεν, ἄκρον ἄωτον.

Pind. Διὸς μαλακὸν, ἐν ἄκρῳ.

Pag. 52. a. σημεῖα τετρανόμενον καὶ πάσσω ἀγαλλόμενα ὑπὲρ φύσιν. vide pag. 98. καὶ τὰ λεγόμενα, ἐν τῷ πῶδε φιλοτιμούμενοι τοῖς κρατοῦσι) De hoc proverbio ita Tarrhæus & Didymus Proverbiorum Græcorum collectores accuratiſſimi: παροιμία ἐστὶ ἐπὶ τῶν τρόπον μὲν μεθύσας ὑπερβαινόντων, ἀντιμένων δὲ Δίδυος ἐπὶ μᾶζόνων, τυτθὸν ἐπὶ πλείστων τοῖς πότοις μεθύσας, καὶ ἐμεῖσθαι ἐπὶ τελέσασιν. ἀεί τις μεθύσκων παραμένων, πρὶν μεθύσῃ, τι ποιεῖ ἢ λέγει τι ἐπὶ μακρὸν τελέσαντας, πῶδε ἐγχωρεῖν. Διογενιανὸς δὲ φησὶ παρὰ τοῖς παροιμίαν, οἷονεὶ τῶν μελετώντων τοῖς ὁμοίοις συνεῖναι, οἳ καθηρμόσαντο ἐπὶ τοῖς τοῖς καὶ ἀπορρεῖ ἐπὶ τοῖς ἴσοις. Atque utinam magnum illud Hollandiæ ſidus Tarrhæi, Didymi, Zenobii, Apoſtolii, ac præcipue Diogeniani Adagia Græce ſeorſim ediditſſet, ſuaſque ad illa Annotationes adjeciſſet; neque ita Græca Latinis miſciuiſſet. melius, meo quidem judicio, de utraque lingua meritus fuiſſet. Quo vero ſenſu Agathias hoc proverbium uſurpet, ipſemet declarat, ex iis quæ præcedant. τηλικαῦτα δ' οὐκ ἀπεικὸς τοιοῦτ, οἷά τοι σώματα γε ἐν ὑγιεῖ μὲν ἐόντα, οἱ καὶ μοῦ τις ἐμνημόνευσε, ὡς ὑπνοφερῆ ἐόντα τὸν μῦθον. Nam & antea dixit ſe ſcriptionem hiſtoriæ, quod præcipuum in ea eſſe debebat, πάρεργον facere, idque præter ſuam volantarem, quod nimirum præxi foreuſi volens nolens per totum diem vacaret ut conſulerer rei familiari; meminit etiam hujus provetbii Apoſtolius, in adagio, ὑπὲρ τὰ ὁσκυμάτα τηλεῖ.

Pag. 53. b. τὰ μέσα) forte τὰ ἀντὰν μέσα.

Pag. 54. d. ἐνέγχωσ' γὰρ ἐναλίγδην ἔχων τὸ πῶδ' ὑπὲρ τὰν ἐν ἰχίοις τὸ ἴσον) Secutus ſum verba auctoris. Quiſnam vero ſit hic poſitus pedum in cervice equi, aut quænam hæc ſeſſionis ratio, plane non intelligo: ſuſpicor locum non vacare mendo.

pag. 186. *Pag.* 55. c. ἀλλ' ἀλλὰ ἀνόμασε τοῦτο ἐνίοτε) Suaviter ſomniabat Perſona quum vertebat, *ut apud quos non antea fuiſſet celebre aliquod famen*: pro, *quippe qui Agathias*.

phus ne nomen quidem navis erat auditum. neque enim poſſum quin ſubinde aſpergam aliquid hiſce Notis ex craſſioribus interpretis illius erroribus, ut ſciant Lectores quam patum Latinis verſionibus ſit fidendum, niſi ad Græci texrus fidem revocentur.

Pag. 56. c. χαλαίτων) χαλαότων ἢ μᾶλλον & ἐναυσί. d. ὀλίγοι δὲ ὀλίγα ἄρτα τίθενται) Ita vetus Codex. Putaram legendum ὀλιγάρα ἔοντο. atque ita verteram, *ſi ita videretur*. Joſephus Scaliger mavult legere ὀλίγοι ἔδνα γ' ἄρα.

Pag. 57. d. κυδαίνεν τοιαῦτ' ἐπιστάμενος ἐμπεσόντος) Miror hoc proverbium a Tarrhæo non citari. Vide Svidam in Πανικὰ δείματα. qui Paulcum hanc pavorem excitari ſcribit, ὅτι ἡδὺ τραπεζίδιον ἅπαν αἰφνίδιον οἱ τοῦ πανὸς καὶ οἱ ἀνδρῶνες ἐκπεφοβήδασι, μεθυσίας αἰτίαν προφασιζόμενοι. Pind. Nem. bos ἐπιστάμενον φῶτα vocat, inquiens ἐν γὰρ δαμασίμοις φῶτα φιλοξενίαις καὶ παῖδες ἐσθλοὶ. Cauſam proverbii adfert etiam Svidas: ὅτι τὰ δεῖπνα αὐτοῖς τῷ πανὶ ἀνετίθεντο. Ciceto frequenter hoc utitur: Scis quædam, inquiens, *panica* dici, item τὰ κατὰ τὸ τοῖχον.

Pag. 60. a. τυχεῖ τὰ καινὰ μεδομένῳ τῷ τὰς ἀπραγμοσύνας ὀνόματι σοφιζομένῳ) Perſona, *Qui ſub imperitiæ nomine deſidiam in Rebus publicis velit*. nugæ. Immoqui ſuam circa publicum væcordiam, *curioſitatis fugam falſa appellatione vocant*. Locus eſt elegans in eam ſententiam in Plutarchi lib. De diſcrimine adulatoris & amici. ὁ μὲν γὰρ τοὺς τύφους καὶ τοὺς τολμοὺς ὁ Σωκράτης φησὶν, ὅτι τῶν ἀνδρῶν ἀξίωσιν ἢ ἐνομάτων ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχύνῃ τῷ δικαίῳ. τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστον ἀνδρεῖα φιλόπονον ἐστιν ἐν δὲ πραμβεῖ, δειλία ἀκρατὴς. τὸ δὲ σώφρον τοῦ ἀνδρὸς πρὸ χρείας, καὶ τὸ πρὸς ἀπαρασκεύοις, ἐστὶ τοῦ ἀργοῦ. ubi vis vocabuli σοφίζεσθαι explicatur eleganter per αἰσχύνεσθαι τῶν ἀξίωσιν ἢ ἐνομάτων. Ἀπραγμοσύνη vero ita accipio ut opponitur πολυπραγμοσύνῃ. c. τὰ πραγματεύματα μετεμαθόντων) Perſona, *præcognita velle iterato perdiſcere*. Rideſoe, an potius lectorem ridere jubes? Verti itaque, *Priora inſtituta immutare*; vel, *a prioribus inſtituris deſciſcere*. ibid. ὁ μὲν δὴ μνησθῆναι) verti *Quæ cura eſſe oportebat*. atitur enim Agathias hoc verbo μίμνησθαι pro ἐπιμελῆσθαι, eadem plane ſignificatione qua Homerus, cujus mirus eſt imitator. Conjungit vero illud verbum Hom. vel cum genitivo caſu, ut ἕδνα ω. —— ἐ μίμνητο ἑδυώνων. Vel enim accuſat. caſu, ut ιλιαδ. ι. καὶ μιμνήσκω τάδε πάντα. ubi Euſtathius monet eorandum eſſe verbum μίμνησθαι apud veteres non ſolam vulgari illa & communi ſignificatione accipi pro meminiſſe; ſed etiam accipi pro ἐπιμελεῖσθαι, hoc eſt curam gerere, ut in illo, μιμνήσατο δόμου, & μιμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητρός. hoc eſt curam gerere. quod Ulliſes, Trojam verſus abnavigans, Penelopæ mandarat. Quin etiam ſignificatione idem Euſtathius accipi vult τὸ μνήμων, in eo dicto, μὴτε μνήμονα σιμοῦντε: ubi μνήμονα non vult accipi pro memore heſternorum peccatorum convivialium, ſed pro eo qui eſt ἄγαν ἐπιμελητὴς τοῦ πιστοῦ. μεῖζον γάρ, inquit, τὸν ἐν τούτοις ἐπιμελόμενον καὶ ἐντεῦθεν. quod quidem eo magis dignum eſt notatu, quo vulgatior eſt error in uſu illius dicti, Odi memorem compotorem: cum potius dicendum eſſet, Odi nimis accuratum vel imperioſum convivum. Malo enim etiam συμπότην Convivam interpretari, quam Compotorem. Si enim συμπόσιον Convivium recte ex Ciceronis ſeotentia dicimus, bene etiam συμπότην, Convivam. niſi forte συμπόσιον Conbibium interpretari velis: ſed hæc παίζομεν. d. πρὸ τοιῶν χρημάτων καὶ τόκων ἔχων τιμώντων) Lege meo periculo πέρων. ea ſignificatione qua dicitur μέγας τόκος αἰσχύνης. φρουρῆν vero eſt hoc loco φρουτίζειν, ut apud Ariſtophanem εἶδες φρουρῆσαι. ibid. ἐπιχαρῆν) Iuſuitivus Attice pro Imperativo. *pag.* 187.

Pag. 62. a. τὸ ἀνόητον.) Rectius meo judicio legeris ἀνόητον ut etiam verti.

Ibid. ταῖς) melius fortaſſis αἷς.

Ibid. b. κακοδαιμονίαν.) Verti *Animi fertitatem*, quod commodius vocabulum non occurrat; tamenſi non ignorem κακοδαιμονίαν Malegeniatna dici poſſe. Nam quod Perſona κακοδαιμονίαν vertit *Infelicitatem*, non placet.

Ib. d. τὸ ἴδιον) verti *affines*. ἰδιότης enim eſt συγγένεια.

Pag. 63. b. ἐπὶ τῷ κομίσῃ) vecti, *ob eadem committenda*: κομίσασθαι enim interpretor τεθνάναι. κῆδος enim veteribus uſurpabatur pro συγγένεια, ut ὃς δ' ἐπ-

πᾶν τοῦ δὲ πλῆθ πλήρωσι ; & pro τοῦτ᾽ ἔσται μὲν ἀεὶ τοῦτο : ut τοῦτο τοῦτο. Nos etiam vulgati noſtro idiomate Teutonico dicimus *Nederleggh-en*, interficere · quod puto reſpondet Latino verbo Sternere · ut Sternera letho.

Pag. 65. c. σκίρους) verti *Scrapis involuti* · Perſona. *Veſte oblonga præpediti* · quam veſtem putet naſci.

Pag. 67. b. κατ᾽ ἐφοπλίδων) verti, *e pellibus*,

Pag. 68. d. περὶ τοῦ δικάσαι ἐγχωρῖν Verti, *ad horam dicti ſentam*, *plena jam foro*. hoc eſt, ſub meridiem; quod nos Antaerpiæ diceremus, *Te Beurs tijt*, vel *Attempt de beurſe*. c. ἀφανῶς ἐπρώτο) *puppim paulatim retrorſum preſſit*. Perſ. *remulco ceſſim abibat*. quod fit quum ſenſim retrona vigatur non inverſa navi. Qui enim ita retrocedit, ad puppim remigat, quod facit ne videatur aperte fugere, paulatim ſe ſubdocens, ne hoſtibus terga vertens, vulnera averſa accipiat.

Pag. 69. d. ἐξ ὑπερδεξίου βαλόμενοι) *Ex editioribus locis ictti*. Perſona ſibi ſimilis, *e periſſimis* vertit.

Pag. 70. d. οὐκ ἐτόλμησαν ἀνδρὶ συδαιτυμόντας) verti. *Non ſuſtinentes impetum hominum cum certa propemodum morte luctantium* ; hoc eſt, præſentaneæ mortis metu extrema tentantium. Virg. Una ſalus miſeris nullam ſperare ſalutem. Svidas explicat συδαιτυμόντας, βιαίως τὸν βίον καταρρίπτοντα.

Pag. 72. d. πυγὴ ·) Verti *Ninguori* : ſervans vocabulum Apuleii lib. De Mundo; ubi antea legebatur *Nigrori*. Vide notas meas in Ariſtotelem de Mundo, ejuſque interpretem Apulejum.

Pag. 73. b. κρὸς τῷ Σαλάττῃ παρατεταμένῃ) Rectius meo judicio παρατεταμένῳ.

Pag. 75 a. ἐμπαδὸν) Verti *En ordine*, vel *deinceps*, ἑξῆς. c. τῇ ὑστερίᾳ) *poſtridie*, Perſ. *demum*, Ibid. ἀνὰ τὸ ἑαῦτῶν) *ad unum circiter ſtadium* : tametſi non ſum neſcius ἑαῦτῶν etiam ſignificare locum præſio deſtinatum, *ibid.* κόρυς αἰὲν ἀραλμένη) *leviter ſemper armati*, ſive ἀναλμένοι. Perſ. *qui ad res vacuas ſemper inanesque mitterentur*. quid hoc monſtri?

Pag. 76. c. παλαμναίῳ ξένῳ) Verti *Vindice gladio* ; homicidiorum ſcilicet. Nam παλαμναῖος eſt φονεὺς. & παλαμναῖοι dicuntor qui ἀφ᾽ ἑαυτῶν hoc eſt manu cædem commiſcunt : Et ζεὺς παλαμναῖος, qui ejuſmodi homicidas punit. Non male quadrat huic loco dictum Servatoris noſtri, πάντες οἱ λαβόντες (hoc eſt qui uſurparint) μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. Hoc vero παλαμναίῳ ξένῳ *pag.* 84. c. ἐλαυνόμενοι μαχαίραν vocat.

Pag. 80. b. ὀνομαζόμενοι κεκλῆσθαι) hoc eſt ἀποφθέγγεσθαι, ut interpretatur Svidas, cacumina vel juga.

Pag. 81. c. χρὰ δὲ ἐν τῇ ῥάβδῳ) Vertaram *Sceptrum*, inſigne videlicet regium, quod Pindarus Dorice vocat σκάπτον, unde & reges σκηπτοῦχοι vocantur. ῥόπαλον autem ea ſignificatione acceperam ac ῥόπαλον, id eſt, clavam, adductus auctoritate Euſtathii, qui ῥόπαλον etiam ſceptrum dici poſſe affirmat, non tamen omne σκῆπτρον eſſe ῥόπαλον. Quum vero utrumque ſit βακτηρίαν, id eſt, baculus : credidi rem nihil aliud inter hæc diſcriminis fuiſſe quam quod ῥόπαλον ſumma ſui extremitate incurvum fuerit ; σκῆπτρον, rectum. Varro autem noſtri ævi, magnus, inquam, ille Joſ. Scaliger, qui feliciſſimis auſpiciis in hanc Academiam venit quum Agathias meus Græcus pariter & Latinus jam ad calcem vergeret, pro τῇ ῥάβδῳ · legendum cenſuit τῇ σκηπτῷ · cui heroi cum omnes rei litterariæ σκηπτοῦχῳ merito aſſurgant, an non ego gregarius, ut ita dicam, & unus e multis, qui Palladis caſtra ſequuntur, miles concedam ? præeipue cum idem noſter Agathias ſupra lib. 3. pag. 61. βασιλικὸν ἐμπερόπημα τοῦ χλαμύδος vocet : ubi Tzatem in regem Lazorum a Juſtiniano Imperatore Inauguratum, regiaq; πορφύρᾳ ſive inſignia ei miſſa ſcribit.

Pag. 81. a. εἰ τῶν ὑμεναίων εἰσὶ τινες τοῦτο πεποιηκότες) putarim ponendam eſſe notam diſtinctionis poſt τό, εἰσὶν, ut ad τοῦτο ſubaudiatur ἔπος. in quam ſententiam etiam verti. e. καὶ τῶν περὶ τοῦτο πολλῶν ὄχ ἥκιστα) Trajecta eſſe verba monuit me idem Joſephus Scaliger. Legendum itaque, καὶ τῶν περὶ τοῦτο πολλῶν μάλιστ᾽ ὄχ᾽, ἅτε φιλόνικος : diſtinctionem tamen ponendam putarim poſt τοῦ, ὄχ᾽, & poſt τό, γάμου. atque ita vertendam : *ſtudiumque ſuum tantum non in hoc collocabat, ut univerſam Romanorum matrimonii contumelia afficeret. Atqui etiam hoc grave erat & valde manifeſtum hoſtilis animi argumentum : In quo vero præcipue laborabat & mat bimabatur, aliud quid majus etiam hoc latebat.*

Pag. 83. c. ἦ γὰρ τὸ ἐξῤῥῳδέστερον) ſecutus filum verborum Agathiæ, verti *Dicebat enim aperte*, &c. Sed accuratius locum perpendenti videntur verba illa, ἦ γὰρ τόδε διαῤῥῳδέως per parentheſin legenda, & pro μιαιφονημάτων Legendum πολυμιαιφονημάτων, ut ſit ſenſus : *fortitudinem id eſſe cenſens, regeſque decere, (dicebat enim hoc aperte) ad mala facta adjungere impudentiam*, vel *de iis quæ commiſſa ſunt non erubeſcere*. a. τῇ γὰρ ἑαυτοῦ ἰδίᾳ τοῦτο) τῷ interpretatus ſum pro τοῦ. quo fit ut *ibid.* poſt τὰ ἀμφίσβητα ponendam cenſeam notam interrogationis.

Pag. 84. c. διακτηλεῖ μὲν χαίτην (Supra pag 76. c. vocavit παλαμναῖον ἵππον · 64. d. ἵππ τῶν ἐρεσσόντων ὑμέναν) ὑμέναι ; vel ut Homerus eos vocat ἀέθλοι ; ſunt ὑμέναι, id eſt, Semiaſioi ſive Muli · Hodie in Hiſpaniis idem mos etiam retinetur ; ut facinoroſi aſellis inſidentes ad ſupplicium vectentur ; niſi forte aliquis primariæ nobilitatis ſit, qui quidem mulæ inſidet · Præcedunt etiam facinoroſum præcones, alta, uti hic, voce proclamantes *Eſta es la Juſticia que manda hazer a ſe mageſtad a fulano*, (additur enim nomen facinoroſi, & facinus ipſum) & ad extremum addit hoc Epiphonema, *Quien tal haze que tal pague* : quæ formula eamdem fere habet ſententiam quam hæc Agathiæ verba, παραγγέλλουσι δὲ ἀεὶ τοῦτο, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀκούειν.

Pag. 86. c. τῷ ὄντως ἔχει) Rectius ὀρθίως.

Pag. 87. c. ἀπτικίλλων) hoc eſt ; ἀτυπίλλων. d. ἐν παραυλίαις) Rectius ſortaſſis ἐν παρωνίαις.

Pag. 91. d. τῶν ἐρατικῶν ἐδωδίμων) Collective dictum, ut Grammatici loquuntur, duriuſcule tamen, niſi mavis legere τῶν τῆς ἐρατοῦς . *ibid.* ὑγιαλὸν ἱστίμ καὶ ὑποχαλάσαι, τὸ πόμα τοῦ λιμὸν ἀπεῖπε καὶ ἀπεδιώκοντο). *De ſummo jure nonnihil detrahent, legiſque rigiditatem auſi eritatemque temperans atque edulcans*. Perſona, *depreſſo paulatim crepitoque demum permagno illo ſuperboque Imperator io nomine*. *ibid.* ὑφὶκ μὲν τὰ ἐπίκλημα. *Remiſit quidem crimen*, hoc eſt, condonavit. Perſ. *Titulum quidem ipſi permiſit* : ſed infinitam eſſet hujus hominis ineptias perſequi. e. ab his verbis, ἐκ δὲ τοῦ, &c. ad illa verba uſque καὶ τοῦ ἑξῆς ἐπιχωρεῖν pag. 93. a. omiſſa ſunt a veteri interprete.

Pag. 94. b. καὶ ὅπως ἐπιτυγόντως) vel τὸ ὅπως, ἐπιτύχοι. vel, ex ſententia Joſ Scaligeri ἐπιτύχῃ τινα, &c.

Pag. 96. c. φαῖδι τὰ παῖδι καὶ τῶν κοινῶν τῶν κεκλημένων τιμῶν) hoc eſt, *reſpectu pueri, & communium curationis pupillaris legum*. Antea enim ἐπιμέλεια, id eſt, curatorem ei inſtitutum Iſdigerdim dixit. Eſt autem κηδεμὼν, ἐπιμελητὴς. & κηδεμονία, ἐπιμέλεια. Perſ. *ſive quia parceret puero, communibuſque liberis procreandis & legibus*. Quid ſomnias Romane ? Nihilo veto magis placet Interpolator, vertens *& communi in adoptione juvit*. *pag.* 283

Zani tumultuantur. 100. Romanos fugant. 100. Romanis domiti. *ibid.* ex ſociis Romanorum vectigales facti. *ibid.*
Zeno Iſaurus, Rom. Imp. notatur. 111. ejus fortuna. 98
Zeno Rhetor Byzantinus. 105. ejus & Anthemii contentio. *ibid.*
Zich Perſarum ad Juſtinianum Imp. orator. 99.
Zoroaſter quis fuerit. 44. veterem Perſarum religionem mutavit. 45.
Zoroaſtri diſcipulnam ſequuntur Perſæ. *ibid.*

INDEX AUCTORUM

ET CLARORUM VIRORUM

QUI IN AGATGIÆ HISTORIA

CITANTUR.

Gabiæ Daphnica. 6.
Alexander Polyhiſtor hiſtoricus. 45. 46.
Alexander Medicus. 104.
Anthemius machinarum ſtructor. 104.
Ariſtoteles. 104.
Aſinius Quadratus De rebus Germanicis. 13.
Athenocles Aſſyriorum Medorumque res geſtas ſcripſit. 45.
Beroſus Babylonius. 45.
Bion hiſtoricus. 45.
Cteſias Cnidius hiſtoricus. 46.
Damaſcius Syrus Philoſ. 49.
Diodorus Siculus. 40. 46.
Diogenes Philoſ. Phœnix. 49.
Dioſcorus Medicus. 104.
Eulamius Phryx, Philoſophus. 49.
Eutychianus junior. 6.
Hermias Phœnix Philoſ. 49.
Herodotus. 42.
Iſidorus Gazæus Philoſ. 49.
Iſidorus machinarum fabricator. 106.
Juſtiniani Novellæ. 101.
Metrodorus Grammat. 104.
Nonni Panopolita, Dionyſiaca. 93.
Olympius Juriſperitus. 104.
Paulus Cyrus Florus; De templo Conſtantinopolitano. 106.
Plato. 4. 49. 97. 103.
Priſcianus Lydius Philoſophus. 49.
Procopius Rhetor 8. 40. 86. 96. 97. 98. 99.
Pyrrho. 49.
Sergius Perſicæ linguæ in Græcam interpres. 99.
Sextus Empiricus. 49.
Simplicius Cilix Philoſ. 49.
Symmachus Aſſyrica & Medica ſcripſit. 45.
Uranius Syrus Pſeudophiloſophus. 48.
Xenophon. 42.
Zeno Rhetor. 104.
Zoroaſter Oromaſdes. 44.

Digitized by Google

THEOPHYLACTI
SIMOCATTÆ
HISTORIARUM
LIBRI VIII.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΤΟΥ

ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Η'.

THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ

EXPRÆFECTI ET OBSERVATORIS COACTORUM

HISTORIARUM LIBRI VIII.

INTERPRETE JACOBO PONTANO SOCIETATIS JESU.

Editio priore caſtigatior, & Gloſſario Græco-barbaro auctior.

Studio & opera CAROLI ANNIBALIS FABROTI IC.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.
M. DCC. XXIX.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

D. MAXIMILIANO,
UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCI,
PALATINO RHENI, &c.

IACOBUS PONTANUS Societatis JESU *S. P. D.*

MUnus quoddam hiſtoricum, ipſo genere unum, expoſitione bipartitum, MAXIMILIANE PRINCEPS, ad te mitto. De Imperio & Imperatoribus Orientis Scriptores hi ambo memorant: de Mauricio Tiberio quidem prior, ut longior, ita quoque gravior, & illuſtrior, de* Palæologis Comnenis poſterior, ut chronographus, contractior. Inter illius, & horum tempora aliquot ſæcula fluxerunt, anni propemodum ſeptingenti: id quod narrationum in uno volumine conjunctionem impedire non debuit, quando uni eidemque Imperio præfuerunt, Byzantiumque novam Romam (ut Conſtantinus Magnus appellare voluit) ſedem ac domicilium habuerunt: & quæ commemorantur ab utroque, ad idem Imperium, eandemque civitatem ſpectant. Florebant res, & ſtabant incolumes adhuc ſub Mauricio Principe potentiſſimo. Defloreſcebant, & accidebantur potiſſimum ſub Palæologis, cum Oſmanidæ, ſive Turcarum reges (nominis & majeſtatis Chriſtianæ infeſtiſſimi) ſemper aliquod tamquam membrum de ingenti & præclariſſimo corpore avellerent, donec tandem Numine connivente, fortunatiſſimam illam, auguſtiſſimamque urbem, revera cæterarum urbium βασιλίδα, reginam ac dominam acerrima oppugnatione diu vexatam, in poteſtatem adduxerunt: atque ita corporis quod dixi, velut ſpecioſiſſimum caput, aut intima ejus viſcera, atque adeo eor ipſum immaniſſime avulſerunt. Quod ut geſtum ſit, a PROTOVESTIARIO noſtro, qui præſens interfuit, diligentiſſime, & ad fidem accommodatiſſime deſcriptum invenimus. In utraque hiſtoria (ut hoc loco ad illarum eommendationem nihil præterea ponam) ſummam rerum humanarum mobilitatem ac viciſſitudinem, & quod eſt apud Flaccum hic apertiſſime intueri licet:

—— valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus
Obſcura promens. hic apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit, hic poſuiſſe gaudet.

Ex quanta felicitate Ormiſdas Perſarum rex (nam de rebus quoque Perſicis multa Theophylactus narrat) & Choſroes filius ejus in quantas ærumnas devoluti ſunt? Quam flebilis eſt Mauricii exitus? Quam miſerabilis Palæologorum conditio, qui auxiliaria Larinorum arma toties incaſſum imploraruntt? Perſæ Varamum, Mauricius Phocam, Conſtantinus VIII. qui ex familia Palæologina extremus, & parum diu imperavit, Mahometem II. tyrannos erudeliſſimos pertulerunt.

Quare Principibus nihil tutius, nihil ſalutarius, quam ab uno & unico Deo pendere ſemper, cujus eſt regnum, & cui voluerit, dabit illud: nihilque perinde in omni vita carum habere, ut pietatem ac religio-

* *Editionem Protovestiarii in aliud tempus diſtulimus, quia Græcum codicem nondum nacti ſumus.*

nem, cujus in te ipso, MAXIMILIANE, ut item in ſanctiſſimis parentibus ac majoribus tuis exempla multa & ſingularia vidimus, legimus, audivimus: quemadmodum & virtutum reliquarum, quibus Principes Chriſtiani pluſquam diadematis, auro, & lapillis, ſtipatorumque magnis catervis, & omni demum honorum genere exornantur. In his elucet in primis domus veſtræ clariſſimæ erga Religioſos viros amor ac liberalitas, qua cum SOCIETAS noſtra plurimum uſa ſit, utaturque quotidie, & pars illius etiam ad Auguſtanum hoc Collegium dimanaverit, & nos quoque tua tuorumque ſucceſſorum præſidia, ſubſidiaque nobis polliceri poſſimus, facere non poturi, quin ad teſtificationem grati ac memoris animi, hoc quidquid eſt voluminis tibi inſcriberem: cum præſertim ex nobiliſſima bibliotheca tua codices græcos plures hactenus mihi, & quibuſdam ordinis mei ſuppeditaveris: ut hoc etiam modo nomine ſtudioſorum omnium, qui his, & aliis interpretationibus noſtris noſtrorumque legendis profecerunt, aut proficient, tibi gratias agere videar, cum theſauros tales latere & abſconditos eſſe amplius noluiſti. Quod reſtat, etiam atque etiam oro, PRINCEPS SERENISSIME, ut labores hoſce tibi pie dedicatos ne ſpernas, Societatemque noſtram omni benevolentia comprehendere ne deſiſtas. Auguſtæ Vindelicorum, anno M.DCIV. pridie Kal. Majas.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

DE AUCTORE HUJUS HISTORIÆ,

DE SCRIPTIS EJUS, DE SYNOPSIBUS

in eum Photii Conſtantinopolitani.

THEOPHYLACTUS *Simocata* (*ſic enim male, quam Simocatius: idque cum Suida, apud quem eſt* Σιμοκάττης) *in Ægypto natus eſt, ut ipſe liquido indicat lib. 7. cap. 16. in extremo, cum de fluminis Nili incremento, & inundatione diſputationem longiuſculam texere incipit. Natus eſt autem loco non ignobili, ut conjecturam facimus: quandoquidem Petrum Ægypti Præfectum ſe cognatione attingere affirmat, lib. 8. ubi Mauricii miſerabilem interitum exponit ac deplorat: & ipſe quoque honoris geſſit, quod ſtatim docebimus. Atqui ſcimus regendis præſertim provinciis, ut non imprudentes viros, ſic etiam non humiles, ac plebejos præponi ſolere. Ex dialogo, quem hiſtoriæ ſuæ præfigit, adulsis Mauricii temporibus in lucem editum ſuſpicor; & id multo magis ex cap. 17. lib. 2. colligo, ubi ſe de illius rebus audiiſſe a ſenibus narrat; quia ſcilicet puerilem tum ætatem agebat. Sub Heraclio, qui Phoca interfecto Imperium pene triginta annis tenuit, (ab anno Chriſti* DC. XII. *ad* DC. XL. *ſcilicet*) *& Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano eum floruiſſe, hiſtoriamque iſtam conſcripſiſſe, ex eodem dialogo certo certius conſtat, ſimiliterque ex cap 12. lib. 8. ubi ſe, Phoca e medio ſublato, ſcripta a ſe de Mauricii nece populo e ſuperiore loco recitaſſe, eumque ad lacrymas commoviſſe narrat. Photius* ὑπὸ ἐπάρχων *ex præfectis nominat. Præfecturam itaque, nec civitatis, ſed provinciæ potius alicujus adminiſtravit. Ab eodem* ἀντιγραφεὺς *dicitur: quod quidam putavit reddendum* Scripturarius. *Scripturarii, inquit Nonius, apud veteres fuerunt, quos nunc tabellarios dicimus: quod ſcriptis, & commentariis omnia vel urbium, vel provinciarum complecterentur. Lucilius:* publicarum terum affluebam, ut ſcripturarius. *Unde hiſtoriam noſtram liceret appellare:* THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ EXPRÆFECTI, ET SCRIPTURARII. * *Sed Budæus in Pandect.* ἀντιγραφεὺς *interpretatur,* OBSERVATOR COACTORUM, *id eſt, eorum qui pecuniam colligunt, ad Principem, aut Remp. pertinentem, qui Græcis* ἀντοδίκαι, *noſtratibus Receptores particulares, Ciceroni pro domo ſua, & alibi, cuſtodes; ubi forſitan,* coactorum *ſubaudiendum eſt. Magis igitur inſcriptio placuit,* EX PRÆFECTI, ET CUSTODIS COACTORUM *Suidas* σοφιστὴν *appellat, id eſt, hominem doctum ac ſapientem, ex eoque & verba explanat, & locos integros ad ducit.*

* Interpres Hiſt. Tripartitæ retinuit Græcum verbum lib. 9. Auct. Hiſt. Miſc. lib. 13. Latine ſcripſit antigrapheus. ſic enim ibi leg. & Idatius in præfatione Chronici. Alii contraſcriptorem vertunt. Vide Salm. ad Hiſt. Aug. ſcriptores. p. 480. 481. & 485.

Ingenium ejus mite inprimis, & φιλόκαλον *ut etiam doctrinam non vulgarem, ſcripta ipſa teſtantur ac produnt: quorum alia ſunt epiſtolæ: alia quæſtiones naturales: alia hiſtorica. Verum nos duobus prioribus generibus in præſens prætermiſſis, de hiſtoria, quam in manibus habemus, age, pro recepto interpretum more diſſeramus. De qua primum omnium audiendus eſt Photius, cui cum ſumma eruditione ſummi quoque judicii intelligentia tribuitur* ἀ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μίν τι χάριτος· πλεῖόν δὲ ἢ τῶν πρεπόντων, λέξεων, καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας καταπορὸς χρῆσις, εἰς ψυχρολογίαν τινα, καὶ νυστικὸν ἀποκαλίαν ἐκπολιτῇ· ἀ μὲν ἀλλὰ καὶ τῆς γνωμολογίας ἀκ ἐν καιρῷ παρενθήκη, φιλοτιμίας ἐχει πλεῖόν, καὶ πλεονῆς. τὰ δ' ἄλλα ἔστι ὡς μέσον ἔχει. Dictio ejus lepore ac venuſtate non caret. Verumtamen modificatarum vocum, & allegoricorum ſenſuum nimis crebra uſurpatione, cum faſtidio legentium, tandem friget, & juveniliter ineptit oratio. Quin etiam intempeſtiva ſententiarum interniſtio, diligentiam nimis curioſam, & ſupervacaneam olet. Cætera in

reprehenſionem non cadunt. *Huic judicio & nos ſuffragamur, dictioniſque elegantiam ex tropis tum iis, qui in uno verbo, tum iis qui in oratione cernuntur, magnam partem a Simocatta quæſitam, & comparatam concedimus. Tropi autem ut rariores ornatum, ſic frequentiores non ſolum ſatietatem & ineptiam, ſed inſuper obſcuritatem pariunt. Recenſere hujuſmodi tropos hoc loco nihil attinet, cum res perſpicua ſit, de qua loquimur. Eſt & aliunde parum nonnunquam dilucidus hic auctor, ut interpretem, etiam me eruditiorem pudere non debeat, id candide confiteri. Quod de ſententiis non opportune inſertis queritur Photius, id aliquando factum a Simocatta non memini. Curioſe quidem, & fortaſſe plus ſatis diligentem alicubi, non negaverim, & in ſententiis quoque crebrum eſſe fateor: nec ob id diem illi dicendum puto. Invenitur præterea aliquanto verboſior, quod Photium præteriiſſe miror: & idem vel continenter repetit: vel pluribus quam opus eſt dicis. Sed enim hæc tria a reprehenſione haud aliena, multis laudabilibus egregie compenſat. Eſt quippe rebus illuſtris & magnificus: tametſi non omnia Mauricii, ſed bella cum Perſis potiſſimum (nempe quinque libris prioribus) perſequitur: reliquis tribus adverſum Abares, & Sclavinos, ſive Sclavos geſta, necnon funeſtum ejus exitum complectitur. Magnam habet caſuum varietatem, quæ legentes mirabiliter retinet. Genus ſcribendi (ſi totum ſimul univerſe ſpectemus) ſane elaboratum, prudens, grave, jucundum, diſertum, planeque oratorium. Affert ad vitam humanam ex rerum viciſſitudine ac mutatione quam rectiſſime inſtituendam documenta utiliſſima. Eo ſiquidem fine potiſſimum hiſtoria texitur, ut aliorum exemplo velut in ſpeculo, quid in moribus nobis ſectandum fugiendumve ſit, contemplemur. Nec lectorem ſuum tantummodo meliorem, ſed etiam doctiorem dimittere ſtudet; & cum alios ſummi ordinis ſcriptores, tum Homerum ſe non oſcitanter legiſſe oſtendit. Multa nihilominus particulatim laudari in hac hiſtoria Mauriciana poſſunt: ut deſcriptiones montium, fluminum, caſtellorum, locorum, pugnarum, rituum; orationes partim ſacræ, partim civiles, partim militares, ſententiis ornatiſſimæ ac robuſtiſſimæ, & omnino eloquentiſſimæ: ſimilitudines ad illuſtrandum accommodata: multa prudenter dicta: multa pie explicata. Si igitur hiſtoria quoquo modo ſcripta delectat, hæc hiſtoria ſcripta ad hunc modum, neceſſe eſt multo amplius delectet: in cujus contextu græco innumeris locis emendando, & interpungendo nos etiam atque etiam, majoremque in modum laboraſſe credas velim.*

Jam vero Photius, qui in judicio de hac hiſtoria ferendo acutum ſe præbuit, in ſynopſibus, ſeu argumentis ſingulorum librorum conficiendis parum accurate, fideliterque verſatus eſt. Haud enim ipſemet ex lectione, & memoria illas compoſuit (quod multis jam perſuaſum opinor, qui Theophylactum noſtrum nondum viderunt, & Photianam Bibliothecam evolverunt) ſed lemmata, ſeu ſummulas ſectionum, ab aliquo lectore, aut librario inductarum, & in veſtibulo totius operis (ut mos eſt) ſimul ordinatim poſitas, ut invenit, ita in octo faſciculos conſtrinxit, ac nihil pene a ſe animadverſum interiiciens, alienum laborem pro ſuo nobis obtruſit, & fucum fecit. Cum autem lemmata illa nunc imperfecta ſint: nunc minus quam pro re contineant: nunc plus contineant: nunc ab ordine rerum narratarum diſcrepent: nunc falſa ſint; hæc omnia vitia in epitomis Photianis æque reperiuntur. Quibus nos tollendis operam dantes, epitomas ad ipſam narrationis integritatem, ſeriem, veritatemque accommodavimus: quod facile perſpiciet, qui periochas iſtas, ſive argumenta, ſive ſynopſes (ut nobis placuit appellare) cum iis quæ apud Photium leguntur, conferre voluerit. Quamobrem etſi ejus nomen in his omittere ſine piaculo poteramus, ne tamen quiſpiam recognitionis, ſeu emendationis noſtræ ignarus, aut nos tam nobilem ſcriptorem nondum vidiſſe admiraretur: aut illi gloriam ſuam invidiſſe opinaretur, ſynopſibus ſingulis Photii Patriarchæ, immo Pſeudopatriarchæ nomen præpoſuimus. In capita unumquemque librum nos primum, noſtrum ſecuti judicium diviſimus, & ſuum cuique argumentum præſcripſimus.

De

De inſcriptione hujus Hiſtoriæ.

Libros boſce οἰκουμενικὴ ἱστορία non ab ipſo hiſtorico, ſed ab aliquo ipſius ſtudioſo lectore, aut librario inſcriptos exiſtimo, quod obſervarim, veteſtos ſcriptores de titulis monumentorum ſuorum, ſive de inſcriptionibus adeo parum fuiſſe ſollicitos; ut eos ſæpe omiſerint. In quo poſteris errandi, ne dicam ineptiendi data eſt occaſio. Splendida ſane appellatio, & quæ univerſam quamdam orbis, ſeu rerum per orbem geſtarum explanationem polliceri videatur: cum tamen non niſi Mauricii res, neque illæ omnes hoc volumine explicentur. Multa ſiquidem etiam alibi, & in Occidente, & in Italia præcipue geſſit. Quid ergo? Arbitror inventorem hujus inſcriptionis ad ipſum Imperatorem, (qui tum nullo alio occidentis Imp. οἰκουμενικὸς dici vere potuit) reſpexiſſe: ut non tam œcumenica, quam œcumenici hiſtoria nominanda videatur. Nos, ut omnem ambiguitatem obſcuritatemque fugeremus, ſimpliciter, nec falſo, & quod ſatis eſt, hiſtoriam Mauricii Imperatoris inſcripſimus: non impedientes, ſi quis nihilominus οἰκουμενικὴν voluerit appellare.

Qui res Mauricii perſcripſerint.

Quamquam de hoc magno, & illuſtri Imp. complures ſcripſerunt, duos tamen peritiſſimum laudandos, cæteriſque ſine ulla controverſia longiſſime anteponendos video. Evagrium, omnium antiquiſſimum, & ipſius Mauricii æqualem, cujus extant libri hiſtoriæ eccleſiaſticæ (qui cum nonniſi ad duodecimum ejus annum perveneris, appareat ante illum vita exceſſiſſe: Mauricius quippe annis viginti Imperio præfuit) & Theophylactum hunc noſtrum, qui proxime ſecutus eſt Evagrium, ſcripſitque regnante Heraclio, Phocæ ſucceſſore, & ſcripſit ex inſtituto libris 8. hiſtoriam Mauricii, accuratiſſime & elaboratiſſime, ut videbis. Ex quo tamquam flumine cæteri rivos ſuos deduxerunt: in primis Theophanes, qui, quod Juſtinus Trogo Pompeio, & Xiphilinus Dioni, hoc ipſe Simocattæ fuit; compendium enim quoddam confecit, & id Anaſtaſius Bibliothecarius interpretatus eſt pene totum. Paulus Diaconus in Miſcella, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus Calliſtus. Omnes iſti ſuas narrationes hinc derivarunt, ſecundum Theophanem Nicephorus potiſſimum. Verum nos dulcius ex ipſo fonte bibamus. Multo enim apud noſtrum omnia copioſius & diligentius (tametſi non ſine digreſſionibus, ſed utilibus & jucundis) explicantur. Et gratia magna, Nobili ac Magnifico D. Joanni Georgio Herwardo ab Hohenburg, Sereniſſimi Principis Bavariæ Conſiliario intimo & inclytorum ſtatuum Bavaricorum Cancellario; cujus cura & impulſu factum eſt, ut edito Catalogo codices Græci manuſcripti bibliothecæ Bavaricæ cum doctis viris aliquando ad publicam utilitatem communicarentur. In quibus hunc diutius jacere in tenebris non oportuit.

De omiſſis a Simocatta.

De cæteris a ſcriptore hoc in Mauricii rebus prætermiſſis, & quia perpauca, & quia non magni momenti ſunt, nihil dicam. Illa, a reliquis omnibus poſita, & narratione ac ſcitu digniſſima, quare tacuerit (ignorare enim ea non potuit) conjectura indagemus licet. crudelitatem in captivorum duodecim millia, quos cum non ita grandi pecunia redimere potuiſſet, (non enim plus nummo aureo in caput conſtituebat Chaganus, immo dimidium) ex avaritia noluit: atque ita ut omnes ad unum mactarentur iis cauſſa fuit. Et diſplicuit hoc verbum coram domino. Quamobrem per quietem ſe ad Chriſtum judicem citari, & accuſari a captivis vidit. Interrogatuſque hic ne, an in futura vita pretium ſibi pro ſcelere vellet reddi, hic hic, miſericors Domine, reſpondit: Tum Judex, tradidit illum Phocæ cum uxore & liberis. Experrectus Philippicum ſororis maritum repente accerſivit; & quoniam eum tyrannidis ſuſpectum habebat, ideoque in carcerem conjecerat, in genua procidens veniam ab eo petivit. Hæc a Theophane fuſius exponuntur. Perſtringit ea dumtaxat Nicephorus lib. 18. cap. 38.

De libertate auctoris in appellationibus.

Monendus mihi es, bone Lector, Theophylactum in Perſis, & Perſide nominandis eſſe copioſum & varium. Nominat enim illos etiam Babylonios, Parthos, Medos, Chaldæos, barbaros: hanc Medicam, & Babyloniam (quo vocabulo & Seleuciam, regiam ſedem, aliquoties intelligit: nam & Babylonia dicta eſt) ſive poetas imitans, qui vicinorum nominibus in appellandis locis, & gentibus utuntur: ſive quia olim ſub eadem monarchia omnes fuerunt: ſive quia alii ex aliis deſcenderunt, & alii poſt alios rerum potiti ſunt. Cui rei probandæ faciunt illa verba legati Choſroæ regis Perſarum ad Mauricium Imperat. lib. 4. cap. 13. ἡμῖν ἐκ Βαβυλωνίων Μῆδοι, ἐκ δὲ Μήδων οἱ Πέρσαι, μετὰ δὲ τούτους οἱ Πάρθοι, ὥσπερ τινὶ διαδοχῇ τὴν Χαλδαίων ἀρχὴν παραλαβόντες; Annon e Babyloniis, ſeu Aſſiriis Medi, e Medis Perſæ, ex his Parthi, quaſi quadam conſequenti ſucceſſione Chaldæorum opes acquiſiverunt? *Poetas autem ubi vicinorum nominibus ingentibus, & populis appellandis, atque adeo in Perſis, de quibus agimus, teſtis locuples eris Horatius, apud quem etiam Medi, & Parthi, plane ſicut a noſtro Simocatta nominantur. Ab hiſtoricis Græcorum quoque bellum Græcis a Xerxe illatum,* τὰ μηδικὰ *ſæpe dicitur. Abares etiam modo Scythas, modo Hunnos, modo Turcas vocat. Nos Perſarum, & Perſidis nomina ad vitandam* ἀμφιβολίαν *& confuſionem lectorum, ubi ſenſus patitur, ubique retinemus. Interdum Romanos, (hoc eſt Græcos) qui a temporibus uſque Conſtantini M. propter Imperii ſedem in Orientem translatam ita cœpti ſunt nominari (ut Annotationibus in Cantacuzeni hiſtoriam docuimus) etiam Latinos appellas. Cætera quæ te ſcire volo, in Notis exſpectato.*

APPROBATIONES.

THEOPHYLACTUM Simocattam de rebus Mauricii Imperatoris, a JACOBO PONTANO Societatis noſtræ e Græco translatum, atque ab aliquot Patribus noſtri ordinis viſum & approbatum, ego GREGORIUS ROSEPHIUS, per Germaniam ſuperiorem Societatis JESU Præpoſitus Provincialis, poteſtate mihi ab admodum R. P. N. Generali CLAUDIO AQUAVIVA conceſſa, typis excudi permitto. Ad hujus rei fidem, teſtimonium hoc manu mea ſubſcriptum, & ſigillo Societatis conſignatum illi do. Landſpergæ, pridie Kal. Februarias. Anno M. D. CIV.

GREGORIUS ROSEPHIUS.

THEOPHYLACTUM hunc Simocattam, fideli & eleganti latinitate donatum a JACOBO PONTANO Societatis JESU presbytero, viro erudito & multis in publicum datis monumentis claro, ſalvis fidei noſtræ decretis, prælo recte & utiliter committi poſſe judico.

PETRUS STEVARTIUS, *S. Theologiæ Doctor, Profeſſor & Protocancellarius in Academia Ingolſtadienſi, ibidemque ad D. Mauricium Parochus.*

GLOSSARIUM,
SEU
VOCUM ALIQUOT EXPLICATIO.

A

Lib. v. c. 24. ΑΜΒΩΝ) Ambo. Vide Gloſſarium ad Nicetam.

ΑΜΦΙΘΥΡΟΝ) Eadem Choſroæ epiſtola exſtat apud Nicephorum Calliſtum lib. 18. cap. 2. Interpres accipit pro carceribus ſive cancellis ſacratiorem aræ menſam vel circumdantibus, vel populum ab ea arcentibus, in quorum parte utraque janua ſit, & aditus ad eam ferens.

VIII. 13. ΑΥΓΟΥΣΤΑΛΙΣ) Auguſtalis. vide ad Cedr.

B

III. 6. ΒΑΝΔΟΝ) Bandum, vexillum. Gloſſarium manu exaratum ε eſt in Bibliotheca viri Illuſtriſs. P. Seguierii Franciæ Cancellarii) Οἱ Ἰταλοὶ βάνδα καλοῦσι τὰ ἐν τοῖς πέζοις ἱστάμενα, ἃ κοντοὶς ἁρτίωται ἀετὸν, ἢ λέοντα, ἢ δράκοντα ὑφάσμασι ποικίλους, ᾗ παρασήμοις κατάστικτα ἑκάστη τῶν πέζων παραδιδοῦσι ἐπὶ βοωνῶν ᾗ ἐπιρρίνων ἐξόπλων τόπων φορὰ τῶ πάσι καταδιλασίνα. vide Gloſs. ad Cedr.

V. 3. b. 10a. ΒΑΡΒΑΡΙΚΟΝ) Vide Meurſium.

ΒΑΣΙΛΕΟΠΑΤΩΡ) Dignitatis nomen. οὓς ᾗ γονεῖς ἀποκαλοῦν βασιλεῖς οὐκ ἀπεξίωσαν. Hi βασιλοπάτορες, patres Principis dicti. Leo Grammaticus: Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὸ τῶ βασιλοπάτορος πολυόμβοις ὀρεσιαθοιῶσι Μυσικῶ πάπτα αἰς λῆρον ἦκεν.

Δ

ΔΙΟΙΚΗΤΗΣ) Dioſietes. Publicanus. Vide Meurſium.

VIII. 4. VIII. 13. ΔΙΣΤΡΙΑ) Claves ferreæ.

ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΣ) Domeſticus. cujus fidei graviores alicujus curæ & ſollicitudines committuntur: a conſiliis. De domeſticis v. Annot. in Ammian. Marcellinum eruditiſſimi viri Henrici Valeſii amici noſtri lib. 15. pag. 85.

VIII. 9. ΔΡΟΜΩΝΕΣ) Dromones. ὁλκὰς exponitur a Cyrillo, navis oneraria. Dromones autem naves ſunt celerrimæ, παρὰ τῶ δρόμου, ſeu curſu. Procopius Vand. pag. 116. & pag. 110. & Goth. γ'. pag. 266. Τοιαύτας δὴ τὸν πάντα λέγων ἀμφὶ τῆ σόλφ τύτφ ἀκάτους, δρόμωνας μὲν πολλὰς ἄρσα πλέοντας ἐν παφαπλῆ ἔχειν. Gloſſarium MS. dromones ſunt longæ naves & velociſſimæ. Inde dromonarii in variis Caſſiodorii, qui dromones exercent.

E

III. 10. ΕΞΚΟΥΒΙΤΩΡ) Excubitor, ſatelles, ſtipator, protector, armiger. Gloſſæ Nomicæ: Ἐξκουβίτορες. τῶν παρεδρῶν τῶ παλατίου ὑπάρχοντες φύλακες. Theophanes: ὑπὸ τῶν φυλαττόντων ἐξκουβιτόρων ἀναιρεθεὶς προσέταξε. Corippus 1.

Excubia primum quæ ſumma palatia ſervant.

& lib. 3. *Ingens excubitus, divina palatia ſervans.*

& 4. *Ingens excubitus, protectorumque phalanges.*

Eorum præfectus, comes excubitorum dicebatur. Leo Grammaticus: Μιχαὴλ δὲ ὁ πενθερὸς τῶ ἐξκουβίτου πάγματος ἀρχὸν ἔλαχεν, id eſt, comes excubitorum. Joannes Abbas in Chronico. Juſtinus imperator per Tiberium excubitorum comitem in Thracia bellum genti barbarorum ingerit, v. ad Cedr.

K

ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΟΣ) Calligraphus. ὁ καλὸς γράφων & differt a Notario, ſeu σημειογράφῳ. vide Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 17. & Gloſſarium noſtrum ad Cedrenum. VIII. 33.

ΚΕΦΑΛΑΡΟΝ) Vide ad Nicetam. III. 16.

ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΗΣ) Curopalates. vide ad Procopii ἀνέκδοτα Nicolaum Alemannum Notarum hiſtoricarum pag. 17. & quæ diximus in Gloſſario Græco-barbaro ad Cedrenum. III. 18.

ΚΑΜΠΟΣ) Campus. Menologium Septembris die 24. λιταυδόντων ἐξ τὸν φόβον ἐν τῷ κάμπῳ. Vide ad Nicetam. VIII. 10. VII. 14.

ΚΛΕΙΣΟΥΡΑΙ) Clauſuræ. cluſuræ. v. ad Ced. Nicet. & Theophanem.

M

ΜΑΓΙΣΤΕΡΙΑ ΑΡΧΗ) Putat Salmaſius magiſtri officiorum dignitatem, magiſteriam dici, cæterorum autem magiſterium. quod nondum mihi perſuaſit, ut dixi in Gloſs. ad Cedrenum. Euſebius Hiſtoriæ Eccleſ. 8. cap. 11. τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων μαγιστράτων, &c. Ruffinus Aquilejenſis ita vertit: Honoribus palatii per gradus ſingulos uſque ad officiorum magiſterium perfunctus. utique dixiſſet uſque ad magiſteriam. Magiſteriam quidem poteſtatem paſſim legas, vel ut apud Theophylactum, & alios bene multos, μαγιστρείαν ἀρχὴν: vix autem magiſteriam ſimpliciter, aut μαγιστρείαν pro dignitate magiſtri officinrum. U. 1.

ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡ) Magnus martyr. Martyres dicebantur qui fidem Chriſtianam ejurare juſſi, omnia veritatis dicendæ cauſa ſuſtinebant. B. Chryſoſtomus homil. 47. in Acta Apoſtolorum: ἐξ ὧν ἐκεῖνοι λέγονται μάρτυρες, ὅτι χιλιάκις ἐξωμόσαντο, πάντα ὑπομείναντα ἵνα τὴν ἀλήθειαν ὁμολογήσωσι. Illuſtriores igitur martyres μεγαλομάρτυρας appellabant. V. 14.

ΜΙΛΙΑΡΗΣΙΟΝ) Miliarenſe. Nummi genus. Georgius Sincellus: ἐκδίδει τῶν ἐκλογιστικῶν λαβὼν, ἐχαράξε νομίσματα, ἃ μιλιαρήσια. Vide Gloſſ. ad Ced. V. 24.

ΜΟΝΟΞΥΛΑ) Lintres de ſingulis trabibus excavatæ. Nicephorus Patriarcha Cp. in Breviario Hiſtorico: ἅμα τοῖς μονοξύλοις ἀκατίοις κἀκεῖνοι ἐπεξίασιν. Vegetius de re M. 2. cap. ult. contextis eiſdem, ſicut dicunt, monoxylis. Vide Stewech. ad lib. 3. cap. 7. & Gloſſar. ad Cedr. VI. 6.

Π

ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ) Patriarcha. v. ad Cedr.

ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΣ) Conſt. Man. ὑπῆρχε δὲ πραιπόσιτος Ἀμάντιος ἐκεῖνος. De præpoſito dixi in Gloſſario ad Cedrenum: & plura dicturus ſum in Gloſſario Nomico. VIII. 5. IV. 15.

ΠΡΑΙΣΕΝΤΟΝ) Magiſtrum præſentis militiæ facit, qui στρατηγὸς τῶν ὅλων φρασίντων in Actis Concilii CP. ſub Mena Act. 5. vel στρατηλάτης τῶν φρασίνων, & dignitas ipſa στρατηλασία τῶν φρασίντων, apud Auctorem Chron. Alex. Idem: ἐκάλεσε δὲ τὸ φράσινον μέρος φρασίντον. ὅ ἐστι Ῥωμαϊκὴ λέξις, ἥτις ἑρμηνεύεται ἐμπεράμονον. φρασιντεύειν γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν. Hinc Præſentales milites, qui in præſenti ſunt, ſive in comitatu. quorum crebra mentio tam in libris Juris, quam in aliis auctoribus. I. 7.

ΠΡΑΙΤΩΡ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ) De Prætore plebis vide Novellam 13. & ibi Cujacium & Codinum de officiis. VI. 10.

Σ

ΣΕΚΡΕΤΟΝ) Secretum, Secretarium. & palatii Secretarium, ut opinor, intelligit, de quo vide Gloſſarium noſtrum ad Cedrenum. VIII. 2.

ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΣ) Eumdem Theodorum Theophanes ἀπορρήτων vocat, a ſecretis. Vide ad Cedrenum. VIII. 9.

ΣΚΟΥΛΚΑ) Cuſtodia, vigilia. Leo Tact. cap. 6. § 13. ἐν ταῖς σκύλκαις, ἤγουν ταῖς βίγλαις. VI. 3.

ΣΡΙΒΩΝ) Satellitum regiorum primarius, ſeu præfectus. Gloſſæ Nomicæ σκρίβων, ὁ τῶν σωματοφυλάκων ὑπηρετούμενος Theophanes in Phoca: τὸν Φωκᾶς Μακρόβιον τὸν σκρίβωνα ἐκέλευσε τοξεῦσαι εἰς τὴν ἀγοράν. Adde Joannem Moſchum Limonarii I. 4.

cap. 174 Anaſtaſius Bibliothec. in Hiſt. Eccl. Miſſo ſcribone ignominioſe Epiſcopum ad ſe jubet adduci. Adde eumdem de vitis Pontificum in Vigilio & Theodoro. Aimoinus 2. cap. 32. Auguſta mittit Anthimum ſcribonem. Vide Gloſſ. Nomiclum.

T

II. 4. ΤΟΥΛΔΟΝ) Sarcinæ & Impedimenta militaria. Svidas, σαγμάτια, τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα πάλδον, τὰ βασάζοντα τῶν ὑποζυγίων, ἢ τὴν μεταφορὰν τῆς ἐπιπλοΐας. Conſtitutio quædam Juris Græcoromani p. 133. de ſpoliis: ὅπως ἴσως ἡ μεῖς ἢ ἐκ τῶν πάλδων ἁρπαζόμενον. V. Gloſſarium ad Cedrenum.

I. 2. ΤΡΙΣΑΓΙΟΝ) Sancta Trinitas.

Φ

VI. 5. ΦΑΜΙΑΙΑ) Familia: Theophanes in Theodoſio: ἐξ ὑγαγὼν τὴν πατρικὴν φαμιλίαν. & mox: τὴν ἀπόρως φαμιλίαν ἐξάγαγον ἢ ἐκεῖ. Vide ad Cedrenum.

VII. 6. ΦΑΙΛΩΝΗΣ) Penula. Vide Gloſſarium ad Cedrenum, & ibi lin. 2. lege, Libellus Ignatii P.

CAPITA TOTIUS HISTORIÆ PER LIBROS.

LIBRI PRIMI.

TIBERII Auguſti ſub exceſſum præclara oratio. Mauricius ſucceſſor palam declaratur. 139

II. Vox divinitus ad Tiberium delata: ejus e vita abitio: populi luctus & lacrymæ: funus & ſepultura. 141

III. Inter Abares & Romanos ictum fœdus ignominioſum. Chaganus elephantum ſpectandum, lectum aureum, & præter pactam in fœdere pecuniam, viginti millia ab Imp. poſcit: fœdus rumpit. 142

IV. Urbs Singidon a Chagano capitur: Auguſta, & Viminacium expugnantur: Anchialus devaſtatur: vici propinqui hoſtiliter diripiuntur. Romanorum ad Chaganum legatio. 143

V. Liberior, & minacior Comentioli apud Chaganum, ejuſque optimates oratio, cum prædicatione Romanorum eximia. *ibid.*

VI. Chaganus excandeſcit: Comentiolum punit atrocius. Alia ad Abares legatio. Viginti auterorum millia ad priora octoginta ſpondentur. 145

VII. Sclavorum ad longum murum hoſtilis progreſſio: & in iis exdendis fugandiſque Comentioli ducis memoranda virtus. *ibid.*

VIII. Fœdus a Chagano iterum peſſumdatur. Cauſſa Boſolabras quidam magus, Scytha genere. Targitius Chagani Legatus in inſulam relegatur. Urbes Romanorum ſubiguntur. 146

IX. Tranſitus ad res Perſicas. Romanorum cum Perſis ad Nymphium flumen adverſo Marte congreſſus. 147

X. Mauricii, & Conſtantinæ Auguſtorum nuptiæ magnificentiſſimæ; Civitatis publica lætitia, gratulatioque. 148

XI. Incendium in foro ſub initia imperii Mauritii. Miraculum de concha Glyceriæ martyris. Paulinus præſtigiator in crucem agitur: filio caput amputatur. 149

XII. Aphumi caſtellum a Perſis, Acbas a Romanis oppugnatur, & a Perſis ſupervenientibus liberatur. Ingens terræmotus imperio Mauricii adhuc recenti, ejuſdemque conſulatus, & in populum liberalitas. Joannis ducis exauctoratio. 150

XIII. Philippicus Imp. ſororius, Prætor Orientis deeernitur. Ejus expeditiones. E Perſide redeuntes Romani, via aberrant, & extrema ſiti crueiantur. Captivos utriuſque ſexus interficiunt. Puert ſervati, moriuntur ſiti. 151

XIV. Philippicus Arzanenam regionem ſuis diripiendam permittit. Ab imitatione Scipionis Romani commendatur. Ægrotat. Cardariganus Monocartum ſtuſtra invadit: latrociniis & incendiis graſſatur. Philippicus Byzantium redit: inde turſum veris initio diſcedit. 152

XV. Perſarum ad Romanos de bello finiendo legati. Mebodi Legati oratio. Locus communis contra bellum. Romanorum recuſatio, & ad confligendum cum Perſis promptiſſima voluntas. 153

INDEX CAPITUM.

LIBRI SECUNDI.

I. IZALÆ montis deſcriptio; & cur dux Romanus eo ſe tranſtulerit. 136

II. Cardarigani faſtus. Magos conſulit: victoria promittitur: in Romanos itur. Romani hoſtes explorant, *ibid.*

III. Acietum utrinque diſpoſitio. Philippicus ſactam Salvatoris effigiem circumferens, animorum incredibile robur militibus addit, cohortationem adjungit. Pro victoria Deo cum lacrymis ſupplicatur. Rogatur dux uri ſecedat. De incertis belli locus communis. Locus pugnæ, & illi vicina patria virorum illuſtrium. 157

IV. Romani victores ſpolia legunt invito duce. Ejus ſtrategema. Perſarum fuga. Cædes utrinque plurima. Vox divina ad Romanos, Perſæ fugientes in colle obſidentur. 158

V. Stephanus de Perſis fugitivis non deletis ſe purgat. Conflictus apud caſtra. Cardarigani infauſtum ſtrategema. A Daenis excluditur cum convitiis. In caſtris Romanorum falſus rumor. 159

VI. Miles Romanus quadruplici vulnere ſaucius, in caſtra portatur, fortique animo emoritur. Donativum datur militibus. Vulnerati in urbes proximas, & caſtella ad curationem dimittuntur. Romanus Perſidem incurſat. 160

VII. Arzanenam Romani vaſtant. Incolæ ſub terram ſe abdunt: a caprivis produntur: reſono pulſu explorantur, & educuntur. Chlomarum caſtellum Romani obſident. Duces Arzaneni duo ad eos tranſeunt: locum caſtello excitando oſtendunt. 161

VIII. Cardariganus cum manu bellandi imperita in Romanos ſeſe agit. Heraclius cum comitatu ſuo abſque armis ſpeculatum egreſſus, periculum evadit. Philippicus militem diſperſum, ad reſiſtendum hoſtibus recolligit. Labertas Perſa ſuis ad locum munitum præit. De media valle, ſeu foſſa inter Rom. & Perſas, & horum clandeſtino diſceſſu. Chlomari obſidione Romani abſtinent. 162

IX. Philippicus inconſiderate fugit. Timor, tumultus, angor in caſtris: militum fuga nocturna, & miſera. Aphumos petunt: ibi ducem fugitivum dicteriis laceſſunt, Perſæ eos lento paſſu inſequuntur: in extremos jaculantur. Mula lecticaria ducis feritur. Theodorus neglectæ cuſtodiæ accuſatur. Dux redit: caſtella apud Izalam reficit: Heraclio exercitum tradit: mœſtus a bello vacat. 163

X. Tigris fluvius deſcribitur. Geſta Heraclii ducis in Perſide ad meridiem. Miſſio militum in hyberna. Morbus Philippici, & exercitus ad Perſas denuo vexandos diviſio. Res contra Abaros feliciter, & cum gloria adminiſtrata. Chaganus fugæ beneficio ſervatus. 164

XI. Comentiolus fidei violatæ, timiditatiſque reprehenditur. Montis Æmi luculenta deſcriptio: Hoſtium tranſitus inveſtigatur. Caſtus fortuna proſpera elatus, Comentiolum deſerit: in calamitatem incidit. 165

XII. Agmen Caſti, timore perculſum diſſipatur. Capti de Romanis atrociſſime pulſantur. Caſtus, & cum eo multi in poteſtatem veniunt. Abares in Thraciam vaſtabundi ſeſe infundunt. Anſimuthus peditatus Thracii Præfectus capitur. Conſultatio Comentioli cum primoribus, & ad conſtanter dimicandum cohortatio. 166

XIII. Chiliarchi orario de hoſtibus non invadendis: a paucitate militum, ab accepta recens calamitate. Huic ſuaſori ſenex miles adverſatur conſtantiſſime, & lacrymans audientiam rogat. 167

XIV. Oratio ſenis, qua ſententia Chiliarchi ut timida & ignava refellitur, & Abares armis appetendos conſulitur: ipſius hoſtis, Romanorumque veterum exempla aſſumuntur, & ſententioſa cohortatio adjungitur. 168

XV. Perſuadet ſenex: arma capiuntur: in hoſtem gradiuntur. Ex falſo terrore clamor totum exercitum diſturbat. Fugit etiam Chaganus. Abarum complures obtruncantur. Chaganus. Apperiam caſtellum adoritur. 170

XVI. Buſa miles fortiſſimus, venationi intentus capitur, & a ſuis nec precibus nec lacrymis lytrum impetrat. Docet Abaros fabricare machinam expugnatoriam: cujus adactu proſtratis mœnibus, oppido potiuntur. Beroen irriro conatu Chaganus oppugnat, incolis ſtrenue reſiſtentibus; qui tandem non grandi pecunia obſidionem redimunt. 171

XVII. Chaganus a Dioclerianopoli, Philippopoli, & Adrianopoli repellitur. Imperatori a plebeiis quibuſdam prèpter Caſtum & Anſimuthum a barbaris captos maledicitur. Joannes Myſtaco Adrianopolim miſſus, hoſtes per hypoſtrategum vincit. Palabundi fugiunt. Moderatio ducis in victoria. 172

XVIII. Heraclius Caſtrum Perſicum oppugnat acerrime. Incolarum in ſeſe defendendis induſtria. Ipſum, & Mazarorum præterea occupantur. Theodorus ab agricolis ad Bejudaes oppidulum invitatur. Infeſtiſſime oppugnatum, Saperii militis ſingulari, eximiaque virtute capitur. 173

LIBRI TERTII.

I. PRISCUS in locum Philippici ſurrogatur. Annona militum contracta. Germanus Epiſcopus Damaſci honorifice a Priſco habetur. Cur ab eo Monocartum ductus. Priſci faſtus in contemnendo more veteſto. Tumultus in caſtris duas ob cauſſas. Imago Chriſti ad ſedandas turbas circumlata. Dux periculum fugit: Detrahi militibus de conſueta annona vetat: medicum quærit a quo ſanetur. 177

II. Tabernaculum Priſci diripitur. Legatus ejus ad exercitum. Germanus quanquam multum repugnans, dux coopratur. Epiſcopus Legatus ſpernitur. Statuæ, & imagines Imperatoris dejiciuntur abolenturque. Edeſſeni Epiſcopi irrita legatio. Clades Orientis. 178

III. Legati ad Priſcum. Eorum in militibus placandis infelix conatus. Priſcus Byzantium diſcedit. Adverſus Philippicum rebellio. Perſæ occaſione utuntur: Conſtantinam obſident: a Germano depelluntur. Ariſtobulus palatii Præfectus milites ad officium revocat. 179

IV. Martyropolis aditu Romani a Perſis prohibentur. Hoſtes inſequentes dimicatione devincunt. In Imper. benevolas mentes accipiunt: caprivis, & ſpoliis eum honorant. Philippici timor. Stipendia perſoluta. Roma Longobardis reſiſtit. Mauri in Africa domantur. 180

V. Carcer Giligerdi caſtelli, in quem diverſi mortales includebantur: unde ſe & alios per cædem Romani eximunt. Philippicum Gregorius Antiochiæ Antiſtes exercitui conciliat. Perſæ Martyropolim occupant. Sitta dolum machinato, Perſis Romani ſuccumbunt. Philippico amoto, Comentiolus in munere ſuccedit. *ibid.*

VI. Comentiolus cum Perſis acie congreſſus, fugit. Heraclii miranda virtus. Apbraates dux Perſicus occidit: Perſæ in fugam vertuntur. Munera Imperatori de præda mittuntur. Ludi ob victoriam Byzantii. Suaniam in Colchis Perſæ invadunt. Turcarum luxus in auro & argento.

Theoph. mſſ.

Perſis viciſſim tributa penſitant. Præda Suaniæ Babylonem mittitur. Dux, Romanus nomine, & Mauricio in Colchidem miſſus. 182

VII. Romanus reditum molitur: milites: placat hoſtium conſilia indagat. Romani exploratores dolo deludunrur, & torquentur. Varamus provinciam Romanorum depopulatur; abeuntes ſequitur. Phalanx ejus in fuga cæditur. Conflictu totis copiis inito, Perſæ ſuperati, fuga univerſi ſalutem petere contendunt. Romani inſequunrut. 183

VIII. Hormiſdas Varamum bifariam dedecorat, a quo contra contemnitur. Armenii Prætore ſuo jugulato, rebus novis abutuntur operam. Comentiolus turbas componit. Defectionis inventorem clementia Imper. conſervat. Ad Perſicas Tragœdias παρασκεὰς. Satames ad capiendum, vinciendumque Varamum miſſus, ab eodem elephanto objicitur. 184

IX. Ad tempora Juſtini junioris, & Tiberii, propter originem belli Perſici declarandam digreſſio. Belli execratio. Juſtinus fœdera tranſgreditur. Romani in Perſas, Perſæ in Romanos belli cauſſam conjiciunt. Mendacium Perſarum. 185

X. Marcianus Patricius in Orientem dux mittitur. Tribus millibus Arzanenam deprædatur. Prope Sargarhum Perſæ cæduntur. Thebothum caſtellum inaniret oppugnatur. Choſroæ ſenioris in Romanos expeditio. Adormaanes Romanorum loca popularionibus miſcet; ſuburbana Antiochiæ ædificia demolitur. Apameam incendio fœdat. 186

XI. Marcianus gradu movetur: Dara a Perſis capitur. Induciæ. Tiberius a Juſtino collega aſciſcitur. Ejuſdem Juſtini ad eumdem de Imperio legitime adminiſtrando ſapiens & pia paræneſis. 187

XII. Gratulatio populi de Tiberio in collegam aſciro. Ejus de pace legatio, & liberalitas. Juſtiniani ducis laus. Pecuniæ bene collocatæ fructus. Inter Romanos, & Perſas fœdus. Romanorum propter Choſroæ præſentiam trepidario. 188

XIII. Ducis Romani excellentiſſima concio, qua ſuis acriter, & cum mortis contemptu confligendi ardorem conatur immittere. Fiduciam vincendi ex hoſtium, & factorum Perſicorum deſpicientia auget. Dicit autem inciſe, & membratim, quo dicat vehementius. 189

XIV. Romanus miles pugnam ſirit. Perſæ in hoſtes cum faſtu gradiuntur. Ambatum acierum diverſa diſpoſitio: Vincuntur Perſæ, & fugiunt. Choſroæ turpis reverſio. Ejuſdem lex de Romanis in poſterum bello non laceſſendis. 191

XV. Romani Perſidem infeſtam habent. In mari Hyrcano pitaticam faciunt. Domum redeunt. Perſæ in regem ſuum contumelioſi. Militaris annonæ apud eos ratio. De pace utrinque legationes. Romanis in Armenia ſubactis, pacem Perſæ repudiant. Mauricius in Armeniam mittitur: in Perſidem irrumpit: febrim habet. Multa caſtella diruuntur. Captivorum Perſarum ingens numerus. 192

XVI. Romani multa loca ad vaſtitatem redigunr. Juſtini deceſſus, & monatchia in Tiberium rranslara. Ejus encomium. Choſroæ filius Hormiſdas ſuccedit: cujus immanitas deſcribitur: cauſſa ſubjicitur, ariolorum falſa prædictio. Nequitia dæmonum. Alia Hormiſdæ ſcelera. 193

XVII. Hormiſdæ ſuperbia. Pacem averſans, tributa poſtulat. Mauricius Perſidem deformat. In Cappadociam abit: in Perſidem per ſolitudinem Arabiæ properat: eum Nomades barbari proſequuntur, quorum infidelitas reprehenditur. Inanis Mauricii conatus. Ad Callinicum oppidum Romanorum victoria. 194

XVIII. Ad Conſtantinam Romani Perſas cædunt. Mauricius Byzantium redit, defunctoque Tiberio principatum capeſſit. Reditus ad ordinem

hiſtoriæ, ſed prius de Varami patria, genere, fortuna, geſtis honoribus, & quo pacto exercitum in regem exulcerarit. 595

LIBRI QUARTI.

VARAMUS contra Hormiſdam exercitum colligit. Ejus promiſſa illecebroſa. In Chubriadanem Inſpectorem regium Perſarum immanitas. Niſibis ditipitur. Ibidem de Hormiſda regno exuendo conjurarur. Legati militum ad Varamum. Zaba fluvius. Varami in Legatos benignitas. Hormiſdæ ex adverſo caſu ira, & inſania. 198

II. Varamus per hiemem caſtella oppugnat. Zadeſpras peculator carcere ſolurus, ad hoſtes transfugit. Pherochanes regis dux Varamo cum precibus dona incaſſum offert. Varami inventum, quo copias adverſarias ad ſe traducit, dum Hormiſdam in ſummum apud eas odium inducir. 599

III. Pherochanes a ſuis occiditur: ejus tentorium diripitur. E militum reliquiis Hormiſdas cuſtodes ſibi facit. Civium per urbes regias ſuper geſtis admiratio. Bindoem virum illuſtrem frarer e carcere eripit. Hormiſdas in regia invaditur. Ejus ornamenta ſumpruoſiſſima. Bindois in illum maledicta. De throno abſtractus, in vincula datur. Choſroes filius periculi metu fugit: accepta fide in regnum redit. Hormiſdas ad principes Perſarum de repub. dicendi facultatem exorat. *ibid.*

IV. Concio Hormiſdæ. De injuria ſibi facta expoſtular. Conditionem priſtinam cum præſenti, illius delicias cum hujus miſeriis, & ſqualore comparat. Ingratos, & impios in ſe illorum animos increpar. A tyrannis cavendum moner. Choſroen propter mores ſceleratiſſimos regno excludendum, fratrem creandum ſtatuit. Acta ſua commendat. 200

V. Bindoes orationem Hormiſdæ irrider, & in eum, ut multimodis ſceleratum, dirius invehitur. Refutat etiam ex quibus ſe ſe commendavetar. Tandem capite puniendum pronuntiar. 201

VI. Conventus ira percitus in Hormiſdam, ante oculos ejus filium necar: reginam uxorem in fruſta diſſecat: ipſum pupillis aduſtis cæcitate multat. Per digreſſionem res Cabadæ interſeruntur: quemadmodum ſcilicet erepto ſibi regno in carcerem miſſus, inde uxoris beneficio evaſerir, regnumque recuperaverit. 203

VII. Choſroes in ſolio cum acclamationibus locatur. Ejus in patre captivo alendo liberalitas: qui tamen omnia, addita verborum aſperitate rejicit. Juſſu filii uſque ad necem fuſtibus contunditur. Hypocriſis Choſroæ. Varamum donis & pollicitationibus fruſtra tentat, a quo per epiſtolam cum faſtu ſcripram de ſeditioſis in carcerem revocandis monetur. 204

VIII. Rex ad procerum conceſſum de litteris Varami refert. Ad iram ab iiſdem exrimulatur. Ejuſdem cautio. Litteræ Choſroæ ad Varamum, quibus faſtum ejus excuſar, culpam in ſcribam facere transfert, negat ſe facturum quæ poſtulet: ſpiritus regios oſtendit. 205

IX. Choſroes contra Varamum delectus agit, duces præponit. Copiæ fluvio ſeparantur. Fruſtra collocuri, ad velitationes veniunt. Choſroæ timiditas. Varami fidentia. Choſroes ſuſpectos interficir. Noctu invaditur. Multa cædes editur. Multi ad Varamum deficiunt: etiam ipſe Choſroes fugam init. 206

X. Conſultat Choſroes quo ſe vertat: Chriſtianorum Deum invocat: fræno dimiſſo, equi greſſum ſequitur: Circeſii a Probo humaniter accipitur: Comenriolo duci ejus adventus, & quid ab Imperatore petat, ſignificatur.

Mittitur cum epiſtola nuntius ad Mauricium, quem ingens inde lætitia occupat. 207

XI. Litteræ Choſroæ ad Mauricium. Duo eſſe Imperia omnium maxima, Romanum & Perſicum. Accuſatio Varami, contra quem concitatur Imp. & auxilium rogatur. 208

XII. Perſis proceribus blanditur Varamus: Choſroen quæri, ac vinctum ſiſti jubet. Bindoes vinculis adducitur. Varami in regno occupando aſtus: ſemet regem inſtituit. Ad præſidiarios Martyropoli ejus mandatum. A Mauricio per ducem Comentiolum Choſroes honotatur. Ejuſdem impoſtura. 209

XIII. Choſroes ut vafer, & malæ fidei reprehenditur: eum ad ſe venire Mauricius non vult. Legati Choſroæ ad Imper. Principis Legati oratio, qua intereſſe Romanorum, Perſicum ſtare Imperium, præclara diſputatione probat. Multa de Alexandri Magni ambitione diſſerit, & Imp. ad ſuccurrendum regi vehementer incitat. 210

XIV. Dicta placent, auxilium decernitur. Mauricii ingenuitas. Captivos Choſroæ remittit, eumque per Melitenenſem, & Antiochenum Epiſcopos donis, & ſolatio proſequitur. Choſroæ ad Niſibenos de officio Legari. Varami legati ad Imp. cum promiſſis rejecti. Satrapæ Varamo, ejus motibus importuniſſimis irritati, necem ſtruunt, & in palatium irruentes, cœpto fruſtrantur, miſereque occiduntur. 212

XV. Bindoes evadit: copias Andrabigano educit: Myſtaconem de ſtatu Choſroæ docet, quem armis juvandum Imperatot Myſtaconi commendat. Varami caſus cum lætiria narrantur & audiuntur. Bindoes regiam pecuniam in militem erogat. Niſibim obſidentes ad Choſroæ partes accedunt. Arabia & urbes uſque ad Tigrim Choſroæ traduntur. Martyropolis Romanis opera Domitiani Epiſcopi dedirur. Choſroes ut ingrarus caſtigatur. Sirtas proditor ignibus cremarur. Perfidi Romani puniuntur. Domitianus feſtum diem indicit, concionem gratulatoriam habet. 213

XVI. Feſtiviſſima Domiriani concio ob receptam Martyropolim, qua populus ad lætitiam invitatur; clementia Imperatoris eximie commendarur; exemplum humanitatis Jeſu Chriſti Servatoris noſtri inducitur, Perſiſque hoſtibus inſultatur. Applauſus populi, & præ gaudio lacrymæ erumpentes. 215

LIBRI QUINTI.

VARAMUS re cum ſuis deliberata, copias adverſus Choſroen in diverſa loca deſtinat. Niſibi convitiis inceſſitur. Zadeſpratæ nuntii peſſime ibidem accepri, ad Choſroen tranſmittuntur, qui in adverſa fortuna Sergii martyris opem, cum promiſſione crucis aureæ, lapillis diſtinctæ implorat. Zadeſpraten Roſas a Salchone impulſus, ſtrategemate quodam interficit. 219

II. Zadeſptatæ caput, & ſpolia ad Choſroen portantur. Anathonum miſſi ducem occidunt; caput ejuſdem Choſroæ tranſmittunt; qui religionem Chriſtianam prædicans, Mauricioque de ſecundis rebus ſuis ſignificans, auxilium & pecuniam mutuam petit; Comentiolus rogaru Choſroæ abdicatur, cui Natſes ipſius ſtipator ſubſtituitur. 220

III. Narſes cum Romano milite, & Choſroe Perſidem ingreditut: Choſroes rex acclamatut: a Darenis honorifice excipitut. Domitiani Antiſtitis ob ingreſſum illius in templum minæ. Veniam petit rex. Templo ejicitut: muneribus regiis a Mauticio ornatur. Perſæ Varamo deſerto, ad

eum deſciſcunt. Daram oppidum Imperatori donat. Legatum ejus muneratur Imp. ipſumque filii appellatione cohoneſtat. 221

IV. Per Singarum Choſroæ adverſus Varamum delecta manus. Re conſpecta Varamus ad pugnam exit. Proceedit ultra cum auxiliis Choſroes. Domitianus milites ad fortiter præliandum, atque ad mortem contemnendam egregia concione inflammat. 222

V. Militum pugnandi ardor. Choſroæ cuſtodia Romana attribuitur, ex Armenia copiæ exſpectantur. Choſroes manipulos, vires hoſtium exploratum dimittit. Bryzacius dux Perſa a Romanis captus, auribus & naſo mutilatur. Choſroes proſperitate ſua lætus, ducem Romanum acuit: duces Romanos atque Perſas convivio excipit. Adductus inter epulas Bryzacius illuditur, & interficitur. Hilaritas epulantium. 223

VI. Mebodis nuntius ad Præfectum Prytanei de commeatu, & pecuniis ſufficiendis. Theſaurorum cuſtodis fuga. Seleuciæ conditor. Euphratis deſcriptio. Mebodes Seleuciam noctu irrumpens, cædibus promiſcue graſſatur. Cteſiphontæi fama conterriti, deditionem decernunt. Antiochiam Perſarum condidit Choſroes. Juſtinianus eidem regiam extruxit. Mebodis Antiochiam litteræ. 224

VII. Epiſtola nomine Romanorum ad cives Antiochiæ Perſidis. Fugitivos, & Varami factionem poſcunt. In ducem, & dedititios animadvertunt. Judæos quoque tyranni adminiſtros trucidant. Qua occaſione in Perſidem commigrarint Judæi, eorumque aculeatior vituperatio. Alexandriana locus unde dictus. 225

VIII. Tranſitum fluminis Romani præoccupant. Unde audacia Varamo. Ejus ſpeculatores capti rem produnt. In Amiſenos irruptio. Ad lacum Varamus Romanis occurrit. Sine pugna abitur. Narſes Joannem monet, ne ſeparatim cum Perſis in aciem deſcendat. 226

IX. Choſroes nuntiis lætiſſimis afficitur. Exercitus tres in unum conjunguntur. Choſroes, & Varamus, quantum exercitibus valuerint. Varami inſidiæ patent. Barbarorum clamores & tumultus; Romanorum quies. Ad prælium acies diſpoſitæ. Barbari in montem confugiunt. Perſarum temeritas. 227

X. Varami fuga ad loca vatia, quem Romani perſequuntur. Certamen in campo paratur. Teſſera Romanorum AVE MARIA: Pugna deſcribitur. Sex millia Perſarum fugientium. In captos Choſroæ ſævitia. Turcæ donantur Mauricio. In frontibus eorum unde crucis ſignum. 228.

XI. Tabernaculum Varami diripitur. Barbari ex elephantis tela ſpargentes, Romanis ſuccumbunt. Beſtiæ Choſroæ donantur. Spolia leguntur. Diſceditur. Choſroæ ob partam victoriam lætitia. Romanos parum gratus domum remittit: ab iis de officio admonetur. Mille cuſtodes corporis Mauricium rogat. 229.

XII. De ſancta fœmina Golinducha apud Hierapolim. Genus, connubium, ecſtaſis. Quid a mariro propter Chriſtianiſmum perpeſſa ſit. Altera ejuſdem divinitus illuſtratio, & de morte mariti vaticinium. Niſibim migrat. A ſacerdotibus Chriſtianis myſteriis imbuitur. A magis quæritur: in carcerem diuturnum traditur, inde per angelum liberatur. Hieroſolymis ſancta adorat: Choſroæ futura prædicit: Hierapoli vita innocentiſſime exacta, in cœlum abit. 230.

XIII. Choſroes Sergio martyri crucem auream, & gemmatam dono fert. Epiſtola ejuſdem de voto ſuo. Poſthabita lege Perſica, Siram fœminam Chriſtianam ducit, reginamque renunciat. 231

XIV. Choſroes prolem a Sergio martyre contendit. Cum donis epiſtolam mittit, qua ſe voti compotem evaſiſſe narrat, cum ſingulari erga Sanctum reverentia, & Chriſtiane prorſus. 232

XV. Tyrannidis Varamo conſcii, morte plectuntur: Bindoes in Tigridem projicitur. Fœdus & pax inter Perſas & Romanos ex æquo ſervatur. Vaticinia Choſroæ de Romanorum Perſarumque imperiis. Quæ item Probo Epiſcopo Chalcidenſium prænunciarit. Ad res Europæas regreſſio. 233

XVI. Mauricius ex Oriente copias in Occidentem reducit. Contra Abares ſe inſtruit. Rogatur a proceribus, & Patriarcha, & ipſa Auguſta, atque liberis, ne ipſe ducat exercitum. Nihil impetratur. Solis defectio. Ventorum rabies. Ad Legatum audiendum in urbem redit. Ad expeditionem revertitur. Pie ſacra obit. Pauperibus benigne facit. Iter ejus a Rompho. A ſpectro forma ſuis incurſatur. 234

LIBRI SEXTI.

I. IN turbulenta poteſtate Perinthum, ſive Heracleam navigare contendens Mauritius, Daonium appellitur. Inde Heracleam equo vectus, Glyceriæ martyris templo reficiendo pecuniam elargitur. Monſtrum pueri in Thracia prognatum, eo mandante interimitur. 237

II. Equus Imp. derepente diſruptus moritur. ex eventis futura mala mœſtus auguratur. Grex cervorum occurrit. A ſatellitibus inſequentibus plurimi funduntur. Gepidæ hominis in quodam ſtipatore propter ornatum veſtitus trucidando ſcelus nefarium. Tres Sclavi cum citharis capiuntur & examinantur. Quare Sclavorum gens auxilia Chagano negaverit. Eorum ſtudium in muſicis.

III. Senatus Imperatorem per Legatos ad redeundum fruſtra invitat: Per loca paludoſa, ad pontem anguſtum exercitus incedens, ejus cura, & ſollicitudine adjuvatur. Ad Anchialum caſtra facit. Propter oratores Perſicos Conſtantinopolim repetit. Francorum rex pro ſocietate tributum poſtulans, nihil agit. Chaganus pactam penſionem augeri poſcens, nec impetrans, bellum movet: Sclavis naves imperat. 239

IV. Singidonenſes Sclavos incurſant. Chagani voluntate Singidon obſidione liberatur. Navigia a Sclavis tranſmittendo flumini compinguntur. Priſco Europæi belli adminiſtratio permittitur, qui Salvianum Legatum, ſive ſubducem legit, & ad clauſtrum præoccupandum mittit. Salvianus conſpectu barbarorum majore multitudine occurrentium perterritus refugit. Conflictu ad caſtellum Romani hoſtem ſuperant: ſupervenientе Chagano aufugiunt. 240

V. Iter Chagani: Alexandri martyris templum incendit: a Romanis ſpecularoribus nec flagris extorquere veritatem poteſt: Drizipera adoritur: inde divino quodam viſo exterritus abit. Priſcus e conflictu ad Heracleam inito, Didymorichum fugit: Zuruli a Chagano obſidetur. Fictis a Maurieio ad Priſcum litteris in terrorem datus, parva accepta mercede recedit. 241.

VI. Priſcus miſſione data militi Byzantium revertitur. Ad Iſtrum Sclavos tranſitu prohibiturus mittitur. Ejus iter. Chaganus de pace rupta conqueritur: Se enim bello peti ſuſpicabatur. Priſcus licentiæ oratoris in Imperatore ut fœdifrago inſectando, ac proſcindendo ignoſcit: adverſum Sclavos arma illa ſuſcepta eſſe reſtificatur. 242.

VII. Priſcus ſuperato flumine Ardagaſtum prædonem noctu invadit. Fugit Ardagaſtus, pugnat, rurſum fugit, fluvium tranat. Sclavi populatores jugulantur: capti Byzantium mittuntur. Priſcus nova prædarum partitione milites in ſe irritat: factum callide tuetur. Ejus oratio, qua de tumultu propter prædam excitato exercitum objurgat. 243

VIII. Exercitus duci mirabiliter reconciliatur. Locus communis de poteſtate, & efficientia linguæ. Prædæ Byzantium abducendæ Tatimer præficitur. Quid eo factum, & quomodo a Sclavis obviis præda ſervata ſit. Ob eam ablatam Imperat. in templo Deo gratias agit: ſupplicationem decernit. Alexandri Centurionis Romani adverſum Sclavos in extremo hujus, & ſequenti capite viriliter adminiſtrata. 244

IX. Gepida hoſtium myſteria enunciat, regemque ſubdita irruptione capiendum ſuader. Barbari captivi, juſſu Priſci mactantur. Gepida ad regem deludendum operam ſpondet: donis & promiſſis a Priſco honorarur. Qua ratione rex barbarus circumſcriptus, oppreſſuſque fuerit. Romani genium placantes veniunt in ſummum periculum. De Præfectis vigilum, & quibuſdam militibus ſupplicium ſumitur. 245

X. Priſcus trans Iſtrum hiemare jubetur. Milites tumultuantes, duabus de cauſis nolunt. Priſcus mollit animos, & temperat iras. Quonam modo Gepida Satellitis imperatorii interfector deprehenſus fuerit, & ut ſe mendaciis defenderit. Ejus ultimum ſupplicium. 246

XI. Monſtra in ſuburbanis Byzantii. Petrus Imperatoris Germanus in locum Priſci Europæ militiæ dux declaratur. Priſcus cum copiis flumen tranſit. Chaganus cauſſam ſciſcitatur: quem ſui a bello dehortantur. Ejus arrogantiam Priſcus per Theodorum medicum ſapienter caſtigat, veteri quadam de Seſoſtri Ægypti rege inducta hiſtoria. Murat mentem Chaganus, patremque prædæ a Priſco poſtulat. Captivi redduntur. Ob id a Mauricio Priſcus reprehenditur. 248

LIBRI SEPTIMI.

I. PEtrus dux Priſco ſubſtitutus, ad exercitum cum mandatis ab Imperatore diſcedit. Ob annonam partim in veſtibus, partim in armis, partim in auro ſignato accipiendam miles tumultuatur. Mauricius in concione probris appetitur. Iratos dux lenis, edictumque Imperatoris gratioſum, de præmiis bene meritorum proferens, benevolentiam exercitus reconciliat. Omiſſis maledictis Imperator collaudatur. 252

II. Seditio Imperatori nuntiatur. Exercitum mille antecambulant, qui cum Sclavis prædam opimam ducentibus pugna congrediuntur. Cujuſdam Romani virtus. Barbari occiduntur. Petrus in venatu crus alliſu frangit. Imperat. morarum impatiens, probroſe ad eum ſcribit: audienſque Sclavos Byzantium iter infeſtum moliri, in Thracia illi remanſionem imperat. Ejus e loco in locum profectio. A Nobenſibus exoratur, uti cum ipſis ſolemne ſancti Lupi martyris agat. Theodoropolim poſtmodum abit. *ibid.*

III. Ab Aſimitis rum civibus, tum præſidiariis honeſtiſſime Petrus excipitur. Eximiorum militum aſpectu delectatus, ab oppidanis eos impetrare fruſtra laborat. Sæva lis, cum ſacrorum etiam locorum, & Epiſcopi contemptu enaſcitur. Denique deſiderio fruſtratus, & probris oneratus, urbem deſerit. 254

IV. Mille exploratores a Petro miſſi, in mille Bulgaros incidunt, quos relis appetunt. Barbari pacem incaſſum petunt. Romani e prælio fugiunt. Quamobrem barbari fugientes non ſinit perſecuti. De violato fœdere Chaganus querimoniam habet, & muneribus placatur. Hoſtium conſilia Petrus explorat: exploratores capiuntur: modus explicatur. 255

V. Romani e flumine exeuntes, a barbaris obtruncantur: cæteri ex ipſo flumine cum iiſdem depugnant. Piragaſtus occumbit: Barbari cæduntur, fuganturque. Rom. ex aquæ penuria calamitas. Indicio barbari cujuſdam fluvio reperto, vires inſtaurant: ab adverſa ripa hoſtium jaculis conficiuntur,

& e flumine egreſſi, ab iiſdemque devicti fugiunt. Priſcus Petro ſuccedit. 256

VI. Elogium Joannis Patriarchæ Conſtantinopolitani: a voluptatum contemptu: a domitis animi perturbationibus: a jejuniis: a miſericordia in egenres: a ſtudio pauperteris. Ejus lecto ligneo, ſtragulo, penulæ quantum honorem pius Imperator habuerit. Maurorum in Africa rebellio. Carthaginenſium metus. Gennadii adverſum barbaros victoria. Oſtentum cometæ, & de cometis eruditorum ſententiæ. 257

VII. Priſcus exercitum diminutum offendens, a Petri accuſatione ſuorum conſiliis avocatur. Ut Iſtrum tranſiit. Chaganus eum ſuper adventu interrogat. Inter ambos de finibus litigium. De Scyrhis Caucaſeis, & Borealibus digreſſio: & ibi de victoriis Chagani cujuſdam. Non eſſe Germanos Abates ad Iſtrum, & unde illis hoc nominis. Taugaſt urbs nobiliſſima, & ejus incolæ: vicini item Macriræ laudantur. 258

VIII. Unde Abares in Europa, & qua occaſione hoc nomen aſſumpſerint. Ogor gentis 30. mytiades a Chagano interfectæ. De Thurum tyranno ab eodem cæſo. Legatio Chagani ad Mauricium de ſuis victoriis. Mons aureus cur ita vocetur. Apud Turcas peſtilentia nunquam viſa: terræmotus rari: eorum ſacra. 259

XI. Chagani fœdus cum Taugaſtenſibus. Eorum mores. Fluvius per medios labens. Conditor urbis hujus, & altetius Alexander M. Chubdanenſium Principis mors quemadmodum ab ipſius concubinis lugeatur. Plura ſuper Chubdan urbe. Albi Æthiopes ad Septentrionem. 260

X. Chaganus Singidonis mœnia diruit: populum ad hoſtes demigrare cogit. Priſcus in inſulam Iſtri, deinde Conſtantiolam venit. Chagani de jure finium regundorum violato expoſtulatoria oratio: in qua officii in pace conſervanda, tuendoque fœdere Priſcus ſerio monetur. 261

XI. In vexanda Singidone Chagani iniquitatem Priſcus redarguit, eumque ab avaritia dehortatur: & a victoriæ inconſtantia, ac mutabilitate rerum terret: & ſententias loquitur. Barbarus ira inflammatus, graviora comminatur. Ad Singidonem liberandam Gudois mittitur. Objectu plauſtrorum barbari ſe tuentur. Tandem fugam faciunt. Muri dejecti inſtaurantur. Chaganus aperte fœdus ſolvit. *ibid.*

XII. In Dalmatia Chaganus urbem, & quadraginta caſtra expugnat. Gudois cum delecta manu ad rem inſpiciendam mittitur. Quamorem per impedita, & invia loca iter fecerit. Prædam barbaris interempris recipit. Chaganus mœret. Mauricio, & libetis ejus cædes a monacho, ſtrictum portante gladium, a quodam inſuper Herodiano prænunciatur. 262

XIII. Chaganus Tomeam obſidet, cui Priſcus ſuccurrit. In caſtris hiberna aguntur utrinque. Chagani ſingulatis, & inſperata in commeatu Romanis ad dies ſacros ſufficiendo liberaliras. Perenti Priſcus viciſſim donat aromata. Sub iiſdem tentoriis pacifice degunt ambo exercitus. Feſtis tranſactis ſeparantur. Comentiolus Chaganum contra ſe venientem timens, retrocedit. Milites ad Jatrum urbem, velut proditi, probris eum conſcindunt. 263

XIV. Romani diligentius ſeſe obarmant. Comentiolus de permutatis ordinibus reprehenditur. Ejus aſtus. Rom. fuga. Barbari clauſtra tranſitu prohibendo circumſident: a Romanis repelluntur. Comentiolus ut ignavus fugitor Drizipetis ingteſſu contumelioſe arcetur. Eam urbem barbari occupant. In templum Alexandri mart. ejuſque cineres eorum impietas. 264

XV. Supplicium barbaris propter Alexandrum martyrem divinitus irrogatum ſæva peſtilentia. Chagani item filii 7. uno die moriuntur: cui calamitoſo hiſtoricus inſultat. Comentioli in urbem Conſtantinopolim reditu, formido immodica malorum cives inceſſit. Imper. copias ad longum mutum defendendum mittit. Suadente ſenatu, legatio ad Chaganum placandum inſtitui-

ſtituitur. Ejus luctus acerbiſſimus. Romanorum de pace turbata reprehenſio. Condiriones in quas facta pax. 265

XVI. Duo portenta, unum vitili, alterum muliebri ſpecie in Nilo conſpecta. Utrumque accurate deſcribitur, & prius a Præfecto adiuratur. Reprehenſa obiter curioſitate Herodori, & mentione facta aliorum, qui de Nili portentis ſcripſerunt, de ejus incremento ſcripturum pollicetur. 266

XVII. Nilus fluviorum maximus, incertis oritur fontibus. Media æſtate aſcendit. Hujus rei cauſſæ ex variis auctoribus: quorum omnium ſententiis improbaris, unum Anarchidem Gnidium hiſtoricus ſequitur. 267

LIBRI OCTAVI.

SARACENI Romanorum ſocii Perſidem incurſantes, Babyloniorum fines deprædantur: ob id Choſroes de fœdere ſolvendo cogitat. Mauricii ad eum Legatus inhumaniter haberur, aditusque tegis diu excluditur. Admiſſus tandem, Choſroen ad pacem reducit, eumque de præteritis docet. Ejuſdem Legati impudens ambitio Imp. graviter offendit. Comentiolus proditionis poſtulatus, & inciſa accuſatione dux denuo conſtitutus, ad Iſtrum abit, ſeque cum Priſco apud Singidonem conſociat. 274

II. Pax inter Romanos, & Abares Imp. juſſu imminuitur. Comentiolus Viminacii ægrotat. Chaganus fines Romanorum vaſtat: quo mandante, Iſtri tranſitus a quatuor ejus filiis cuſtodirur. In ripa certamine edito barbari vincuntur. Comentioli abſentia excuſatur. Barbari vallum Romanorum oppugnant. Nuntius ad duces de periculo. Adeſt Priſcus. Viminacium reducuntur rates. Confligitur, occiſiſque Romanorum tteeentis, oppetunt barbatorum quatuor millia. 275

III. Alterum prælium cum Abaris. Prudentia Priſci delentur novem millia. Tertio prælio de ſuperiore loco pugnantes Romani, adverſarios in lacum, ſeu ſtagnum compellunt, ubi cum Chagani filiis plerique ſummerguntur. Periere ad quindena millia. Quarto prælio ad Tiſſum, ſeu Tyrſum flumen itetum non pauci occumbunt. Fluvio trajecto Romani exploratores quater mille occidunt Gepidarum triginta millia: & cum captivis ad Priſcum redeunt. Quinto prælio complures barbari aquis præfocantur: multa millia capiuntur. 276

IV. Captivi Chagano petenti Imperatoris auctoritate reſtituuntur. Comentiolus e morbo recreatur. Byzantium ad hyberna profecturus, ducem viæ Trajani apud Nobenſes quærit. Quibus dare abnuentibus, iraſcitur, duoſque capite multat. Monetur de ſene quodam hujus viæ gnaro, quicum verba commutat & litigat. Magnitudine frigorum, Romani multi, & jumenta eo iriuere pereunt. Philippopoli hiemat. Petrus iterum dux declaratur. Theodoſius Mauricii filius Germani filiam ducit. Tumultus in Imp. ob caritatem rei frumentariæ. Maledicta in eundem, & lapidatio. Clavis audaces deterrentur. Theodoſium genetum Germanus chlamyde ſua tegit. 277

V. De templo Virginis Mariæ in Blachernis. Auctores ſeditionis exilio damnari, altero die revocantur. Petrus ad Iſtrum ducens, Plaſtoli æſtatem habet: deinde in angulum Dardaniæ ſecedit. Cum Apſycho hypoſtrarego barbarorum colloquitur. Utræque copiæ recedunt. Chagani aſtus. Imperator Perto trans Iſtrum profectionem mandat. Petrus a Bonoſo illuſtri ſarellite Imp. naviculas flumini traiiciendo petit, & Gundoim militibus præficit. Is multos hoſtium perimit, Romanoſque in provinciam redire non paritur. Artos Romanorum ſocios Chaganus delere cogitat. 278

VI. A Chagano quidam deficiunt, ad quos reducendos varios ille modos inveſtigat. Quare Romani ultra Iſtrum hybernare noluerint. Seditio. Fluvium tranſmeant, & iraſcuntur graviſſime. Iraſcitur viciſſim Petrus. Eidem per quietem oblata epiſtola Caſtra movent Romani. Tumultus militaris. Legati militum ad Petrum, de reditu: cui moleſtus eſt Imp. 279

VII. Petrus Gundoi de mandari ſeveritate ex avaritia profecta flens conqueritur.

Duces convocat, litteras exhibet. Miles transire Istrum abnuit. Futor militum, fuga ducum. Phocas Imperator renunciatur. Petrus fugit; Mauricio rem significat. Mauricius nuntium examinat: quid agat nescit: dolore dissimulato, ludos equestres celebrare pergit. Populum bonum habere animum jubet. Venetorum acclamationes. Tribuni numerum utriusque factionis profitentur. Earum factionum vituperatio. 280

VIII. Legatio Mauricii ad Phocam irrita. Mœnibus Theodosianis custodes apponit. Exercitus ad Theodosium Mauricii filium legatio, aut ipsum, aut eo cedente, Germanum Imperatorem postulantis. Comentiolo urbis defensio creditur. Germanus Imperatori invadendæ tyrannidis suspectus, frustra se tuetur: in ædem Deiparæ pro asylo confugit. Ejus conditor Cyrus qualis fuerit. Stephanus pædagogus filiorum Impet. ad eum evocandum mittitur. In Sophiæ templum transit. Theodosius ut ob sectetum patefactum, fustibus pulsatur. 281

IX. Germanus denuo ad exeundum sollicitatus. Andreæ pii viri hortatu eodem recurrit. Maledicentia populi in Imp. Muris desertis, custodes se ad tumultuantem populum applicant. Cujusdam Constantini, viri clarissimi domus incenditur. Mauricius cum conjuge, & liberis in fugam se tradit. Populi in eum & Patriarcham convitia. Locus communis de levitate, & stultitia populari. Podagra conflictatur. Filium ad Chosroen pro ope imploranda mittit. Germanus Imperium ambit. Prasinis sibi adversantibus, Phocam sequitur. 282

X. Phocæ linguis animisque favetur. Populum cum Patriarcha, & senatu accersit. Detestatio illius, ut hominis improbissimi. Ejus simulatio in Germanum. Proclamatus Imp. coronatur. In urbem magnifice invehitur. Spargit aurum. Ludi fiunt equestres. Uxori Leontiæ corona imponitur. De loco stationis inter factiones contenditur. Alexander homo nefarius ad litem componendam mittitur. In Cosmam Tribunum est contumelios us, ac violentus. Eum Veneti ulciscuntur: quorum vox male evenit. 283

XI. Mauricii necem parturit Phocas. Revocatur ex itinere a patre Theodosius. Mauricii filiorumque in portu Eutropii ad Chalcedonem interfectio: Ejus ante mortem præclarissima vox, & Christiano dignissima. Nutricem ipsius infantem pro suo ad cædem supponere non fert. Ejus, pro pœna peccatis suis in hac vita irroganda cura auxia. Testamentum, quo Imperium inter filios partitur. Domitianus Melitenensis episcopus eorundem tutor, ab historico commendatur. 284

XII. Imperatorum corpora in mare abjiciuntur. Quas eorum lamentationes eorum mors publice recitata effecerit. In eosdem monodia historici. Capita ad Phocam perferuntur, & in campo militibus spectanda proponuntur. Quibus supplicius interfectores, & exercitus rebellis, ædiumque sufragator divinitus interierint. Sub Heraclio duo tantum reliqui. Imperium Romanum in diuturnis post necem Mauricii ærumnis voluratum. 285

XIII. Phocas Petrum Mauricii fratrem, Comentiolum, & alios interimit. Theodosius, & Lardys ab Alexandro tyranni jussu trucidantur. Nattatio falsa de Theodosio, quo pacto creditus sit necem effugisse, & diversa loca peragrasse. Statuæ Alexandriæ Mauricii cædem nuntiarunt. Die nono super eamdem nuntius in urbem allatus. Egregia quædam Mauricii præconia. 287

XIV. De corpore S. Euphemiæ martyris Chalcedone miraculum, sudor videlicet sanguineus in die anniversario ejus martyrii, qui spongiis collectus in vasculis populo dispertitur. Quo pacto Mauricius incredulus, fidem cum multis lacrymis habuerit, & summa in posterum veneratione martyrem prosecutus sit. 289

XV. Constantinam Imperatricem cum tribus filiabus in privatas ædes contrudit Phocas: Chosroen de sua creatione, additis muneribus certiorem facit. Apud Daram Legatus Lilius a Germano prætidii Præfecto splendide excipitur, & quid ibi contigerit: Chosroes Mauricii ulciscendi, bellum Romanis infert. Lilius in Persida retentus? parum benevole tractatur. Rumor de Theodosio adhuc vivo tyrannum terret: unde Alexandrum, ut imperata non exsecutum, sua manu obtruncat. 290

DIALOGUS AUCTORIS.

ARGUMENTUM.

Hoc non mediocriter feſtivo, & erudito ſane dialogo, Simocatta noſter in Phocam, ut importuniſſimum tyrannum invehitur: quo imperante (imperavit autem annis octo) res Mauricii nemo auſus eſt litterarum memoriæ commendare: ac proinde ejus Imperatoris hiſtoria ignota poſteris, ac velut mortua jacuit. Jacuerunt item bonæ diſciplinæ, quæ ſub Heraclio demum, Phocæ ſucceſſore, iterum ſe palamque oſtenderunt. Mirifice laudatur Sergius Patriarcha illius temporis, ſtudiis liberalibus, ipſique hiſtorico amiciſſimus; cujus auctoritate ac voluntate permotus, ad hanc hiſtoriam conſcribendam videtur acceſſiſſe. Fingit, ut mos eſt dialogorum, hiſtoriam ipſam res geſtas Mauricii enarraturam, cum Philoſophia ſub platano conſidere. Plerumque enim in dialogis colloquentes, aut diſputantes, ſeſſum ſe recipere, & ſuas partes ſedendo, idque in locis amœnioribus nonnumquam, agere introducuntur: ut in primis apud Platonem, & ejus imitatorem ſtudioſiſſimum M. Tullium videre eſt.

PHILOSOPHIA. HISTORIA.

ΦΙΛΟΣ. Τί πὸ θύγατερ; ἄγε δήμοι τὸ ἐμπόρημα πὸ γλυκυμύθημα δηλῶσαι, οἷα μέτρῳ τινὶ τῇ σαφηνείᾳ μυθικὸν πεῖραν ἐμὲ λαβύρινθον δυσὶ μβατὸν γάρ μοι τὸ δυπάγωγα πὰ τῆ διανοίας προαύλια. ΙΣΤΟΡ. ὦ φιλοσοφία πάντων βασίλεια, εἶγε συμφέρει ἐμοὶ τε ποθέσθαι, αὖθις δὲ διδάσκεσθαι, ὑποδραμεῖμαι ὡς ἐγὼ σωφρονίσως. μανθὸν γὰρ ἄγνωστον ἔχειν ἀλλόν, ὡς ἐμοί γε τῇ Κυρίλλῳ δοκεῖ. ΦΙΛΟΣ. πῶς ἱροί μέν ἐγώ, ὅπτι τῇ ὅπως χθὲς τῇ τέλεν ἀνέβιος, ὦ θύγατερ. ἐπεὶ χρὴ δὲ τὸν λόγον πάλιν ἡμᾶς, τῇ οἷα χαλινῷ τινι φρὸς σιωπὴν ἀναχαίτας τὸ τῆς ἀπιστίας ἐπαγωγόπατον, μὴ πύγε φαντασία τις τεραπώδης πὸν αὐχ' ὑπολάβῃς εἶναι· πολλὰ δὲ τῇ χρόνῳ ἐπιθήκης, ὦ παῖ, ἐξ ὅν ἀσπόρρυξε τῇ βασιλίδι αὐλῇ ὁ Καληδόνιος τύραννος, σιδήρῳ περίφραπος, μιξοβάρβαρος ἄνθρωπος, τῶν κυκλώπειον γένος. ὁ τῆς σώφρονος ἀληργίδος ἀπελήλασπος πόπαρος. ὦ βασιλεία οἰνοφλυγίας ἀγώνισμα. τὸ δὲ ἕτερον ψιωπήσομαι, αἰδεῖ τῆς ἐμῆς δυπρομίας, τῆς τε τῇ ἀκούσῃ σμικρόπος. ἀρχὴ δὲ πόπε τῆς βασιλίως φυᾶς ἐξωφραίσθω, ὦ θύγατερ, ἐπεὶ τῆς Ἀπτικῆς ἐπιβαίνειν νὰ ἐμὲ, ἀπόπε τὸν ἐμὸν βασιλέα Σωκράπλεα ἀ Θρᾷξ ἐκεῖνος διώλεσεν Ἄνυπος, χρόνῳ δ' ὕστερον Ηρακλεΐδαι διέσωσαν, τῇ τέλει πολιτείαν ἀπέδοσαν. πὸπ ἄγιος τῇ ἀνακτόρων ἀπεδοπομήσαπο. καὶ δήπα κεῖ φρὸς πὰ βασιλέων πμέν εἰσφαύσαν, Ἐ πιελαλῶ πὰ βασίλεια, ἐ πάππε δὴ πὰ Ἀρχαῖα, ἐ Ἀπτικὰ μουσεργῶ ἀπαλαδήματα. ἐμοὶ μὲν δὴ πάππα ὕπως ἔχει καλῶς. σοὶ δ', ὦ θύγαπερ, πίς, ἐ ὅπως σωτήριος γέγονεν. ΙΣΤ. μῶν νὰ οἶδα, βασίλεια, πὸν μέγαν πῆς ἀπαπεχόθεν οἰκυμένης Ἀρχιρέα ἐ φρόεδρον; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν, ὦ θύγατερ. φίλος ἐμὸς ὕπος παλαιόπατος, ἐ θησαυρὸς αἰκειόπατος. ΙΣΤ. ἔχοις νὰ οὖν ὦ βασίλεια, ἐ ζυπάμβον αὐπῷδόν. ἵρμαιον ἀεσπὸς ἀπηλύχασεν ὥσπερ νὰ πάφῳ τινὸς ἀλογίας ἀναλαβόμενος, οἱ ἄπερ ἄλοιπόν τινα, ἀλιξιπάκπ τινὸς Ηρακλέως ἀναστασάμβος ῥάμνῃ. εἰσπεσόσαν δὲ μεγαλοφρόνως, πεμβαλέ τι εἴδωλα φαιδρὰν, ἐ χρυσῷ καπασόμενον ὅρμῳ. πόνδε ἀράβυλον πιπτί, πέπτιξ δ' ἄρα αὐπῷ χρύσεος ἴσν ἐφιζόμβος, ἀ Θεσπέσιος ὑπορ πατηγλάϊσεν, πῇπε παρόπει συλλογισμῷ, ἰλάμπρυνεν. βῶμα τε φροπίθεσαν ἀμβρώπῳ ἱδρυμένον, ἐ παρῥησίαν αὐπὶ δῶσαν. ΦΙΛ.

A PHIL. Quid hoc filia? age, mihi diſcere cupienti hanc dubitationem eximie, tamquam filo quodam dilucida explanatione per labyrinthum non fabuloſum me dirigens. Sunt enim hujus ſpectaculi veſtibula ac prœcmia mihi pene inacceſſa, parumque me pellicunt. HIST. Hem Philoſophia, omnium artium regina, ſi modo & me interrogari, & te doceri decet, pro intelligentia reſpondebo: nihil quippe incognitum ducendum eſt pulcrum, mea quidem, & Cyrenæi ſententia. PHIL. Libenter interrogarem ego, ubi, & quomodo nupperrime revixeris, filia. Sed reprimit me, & quaſi quodam fræno ad ſilentium inhibet, ac retroagit, quæ me totum occupavit, incredulitas; ne forte prodigioſa ſpecies aliqua nobis illudat. Jam pridem enim mortua es, filia, ea quo videlicet in aulam Imperatoriam irruit tyrannus Calydonius, ferro communitus, homo ſemibarbarus, de Cyclopum genere, in modeſta purpura centaurus petulantiſſimus, qui de regno ebrietatis certat: aliud enim fœdius tacebo, tum modeſtiæ meæ, tum gravitatis audientium rationem habens. Ego quoque tunc e porticu imperatoria in exilium miſſa ſum, filia, & in Atticam ingredi non licuit, quando regem meum Socratem Thracius ille Anytus perdidit. Tempore intercedente, Heraclidæ me ſervarunt, ditionemque mihi meam reſtituerunt: & palatii ſcelus procul removerunt. Sane tandem & in templa Imperatorum me receperunt, & vocibus meis regia perſonat, eademque, vetera nimirum & Attica, modulor cantica. Meæ igitur res ſic bene habent. Tibi primo, gnata, quis, & qunmodo ſalutem attulit? HIST. Anne, regina, non noſti totius orbis Præſulem & Antiſtitem? PHIL. Equidem novi: eſt enim amicus meus pervetus, & theſaurus familiariſſimus. HIST. Habes igitur, regina, ad id quod quæſivit reſponſum ex tempore. Rem eaoptabilem ille in vitam rednxit, meque tamquam e ſepulcro aliqun taciturnitatis recnpetavit; & ut Alceſtim aliquam viribus alicujus Herculis malorum depulſoris reſuſcitavit. Adoptavit autem me excelſo animo, ſplendida veſte operuit; & monili decoravit aurea: & hunc crnbylam, ſive plexum capillorum in vertice, cicada ex auro infidente, divinus hic vir exornavit, & qua vides ratione illuſtravit, ſtabilemque mihi ſedem benevole propoſuit, & libertatem omni periculo vacantem conceſſit. PHIL.

Miror Antiſtitis ingentem animum, quo tam altè in recte factis aſcendit, & in ſummo faſtigio divinæ ſcientiæ ſeſe collocavit: & uſque ad apicem virtutum progreſſus eſt: omneſque ſub ſole prærogativas conſectatur. Cui vita eſt, omnimodis optimæ, & cultiſſimæ artes. Nec enim vel terrenum ornatum inornatum manere vult. Ita fruar meis amatoribus. Quæ corpus non habet, in terris philoſophatur, & commentatio corporata cum hominibus ut homo verſatur. HIST. Pulcerrime tu encomiorum coronam contexuiſti. Sed, ſi placet, ad platanum iſtam paulum conſideamus: eſt enim excelſa, & ad locum opacandum patulis diffuſa ramis beliſſime. PHIL. I præ igitur, filia, & proœmium ceu carceres quoſdam narrationi ad audiendum jucundæ præteae. Ego tibi animum adhibebo; noo (velut Ithacenſis Ulyſſes) obcuratis auribus, Sirenicaſque narrationea auſcultabo. HIST. Obtemperabo, regina, hiſtoriæque lyram pulſabo. Eſto tu mihi plectrum maxime muſicum: es enim ſcientiæ, & eloquentiæ Oceanus. In te omnis gratia, *ἅτε νῆσος τὶς περὶ πόντον ἀπείρητος ἐτετάνυσται*, *velut in inſula, quam immenſus*, (ut eſt apud poetam) *pontus circumdat*.

A ἄγαμαι, θύγατερ τὸ μεγαλοψύχως τῶν ἱστοριῶν ἐγώ, ὁπόσας ἀστοργωμένων ἀναβάσεως ἐπιβέβηκε, τὴν ὑψηλοτάτης θεολογίας ἀκρώρειαν περιεκαθήμενος ἐπί τε τὸν κάλλιστα τῶν ἀρετῶν τὴν ὑποπτείαν ποιούμενος, καὶ τῶν ὑπὸ σκιλλοῦν πλουσιωτημάτων ἀντέχεται, καὶ βίος αὐτῇ οἱ παιδευτοὶ λόγοι· οὐκ ἐθέλει γὰρ ὅτε τὸν περίγειον κόσμον μένειν ἀκόσμητον. ὅπως ἀνεμίλω τῇ ἐμῶν ἐρασῶν. ἀσώματος ἑαυτὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γᾶς, ἡ θεωρία σωματωθεῖσα, μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφεται, ΙΣΤΟΡ. καλλιστά γε βασίλεια τῶν ἐγκωμίων τὸν στέφανον ἐπλεξας. ἀλλ' εἰσοι δοκεῖ, περὶ πυτλινὴ τὸν πλάτανον καθίσωμεν μικρόν. ἀμφιλαφὴς γὰρ τὸ δένδρον· ὅτε ἄγαν πῦῤῥος, καὶ τὸ σύσκιον πρόκαλον. ΦΙΛΟΣ. πρόαγε δῆτα, ὦ παῖ, καὶ βαλβίδα τινὰ τῆς διηγήσεως τῆς

B φιλαπροάμασιν, ὥσπερ ἐστὶ θεσπρίσομεν. ἐγὼ δέ σοι ἐπιτάσω τὸν νοῦν, οἷά τις Ἰθακήσιος, μὴ βεβυσμένα τὰ ὦτα. καὶ Σειρηνικῶν ἀφηγημάτων ἀκούσομαι. ΙΣΤΟΡ. παραρρυῆ παθαρχήσω βασιλέα, τλῶτ τῆς ἱστορίας λύραν τανύξομαι. ἔσο δέ μοι πλῆκτρον αὐτὰ μουσικώτατος, ὠκεανὸς γὰρ ἐπιστήμης ἔφυς, καὶ λόγων τις. ἐν σοὶ τὰ πᾶσα χάρις, ἅτε νῆσος, τλῶ πέρι πόντος ἀπείρητος ἐστεφάνωται,

PROŒMIUM EJUSDEM,

De excellentia & utilitate hiſtoriæ.

ΔΕΙ μὴ μόνον τοῖς ἐκ φύσεως ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ οἰκείοις δρήμασι κατακοσμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἔοικε γὰρ λόγος αὐτῷ χρῆμά τι θεῖον καὶ ἀξιάγαστον. τοῦτον καὶ θεὸν αἰδεῖσθαι, καὶ σέβειν μεμάθηκε, καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἐνοπτρίζεσθαι φύσεως, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀβλαβείας τῷ σωπτῷ ἐκ ἠγνόηκε. πεφάρτοι λόγῳ καὶ πρὸς ἑαυτὸς συνδιοικεῖν ἄνθρωποι, ἢ ἐκ τῆς ἔξω πεμπτῆς ἐπ' αὐτὸν τὸν τοῦ εἰσαπλήσαντες, τὰ π περὶ τῆς σφῶν αὐτῶν δημιουργίας ἀπλήττουσιν ὄργια. πολλὰ μὲν οὖν ὕτος ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται, καὶ συμβιβάσθος ἐστὶ τῆς φύσεως ἄρτος. ἃ δὲ ἐκείνη δέδεικται, λόγος τεθλασιούργηκε βέλτιστα. ἃ μὲν εἰς θέαν ἐγκαλλωπίσας, ἃ δ' εἰς γλῶσσαν ἁδώπας, ἵνα πρὸς αἰσθὼ τινὸς ἃ μὲν λαπίσας, ἄλλα πρὸς ἀκοὴν μουσουργήσας, τῇ τῆς ἀπηχήσεως ἴυγγι καπακηλῶν τὸν ψυχὸν, καὶ πρὸς τὰ ἀκούσματα μεθελκόμενος. ἢ οὐχὶ καὶ τεχνῶν ὕπες σοφιστὴς πεθανώτατος; ἐξ ἰείμ μὲν δύπτειον ἐσυργάσας χπώτιον, ἐκ δὲ ξύλου γεωργοῖς μὲν τεκτανόμενος ἐχέτλιν, πλωτῆρσί τε κώπιν, τῷπ στρατιώτῃ πέλτην, καὶ χάρ'ον κυδωνίων πολεμικῶν ἀμυντῆρια. ἀξιολογωτάτου τε πάντων, τὸ τῆς ἰσοτείας δίδυτο πολυπειρώτατον, ἀκοῇ μὲν ἥδυσμα, τῇ δὲ ψυχῇ παιδεύτήριον. ἰσθὶν γὰρ ταῖς φιλοπαθέσι ψυχαῖς ἔνεσιν ἰσοτείας ἐπαγωγότερον. ἐκανὸν δὲ πῇ τιμηεῖσθαι ἐμπειπῆς τι δίλτο δύημα, ἐπὶ τὸν Αλκινόου τῶ βασιλέως ἀυλὸν ἀ τῶ Λαέρτα παῖς ἐναγχος ἐκ τῶ θαλαττίν κλύδωνος ἐπὶ τὸν ὄπειρον ἐκβραθεὶς ἐξεπέζητο, ἢ πολλὰ ἀμφὶ τὸν Οδυσέα φιλοφροσύνα πεμπέχυτο. πρόχειρον γὰρ ὦν γυμνῷ, καὶ τετρυχωμένῳ τὸ σῶμα συμφορᾷ ναυαγίας ἐδῆτα λαμφὰν ἐμπορπίσασθαι. ἐπὸν δ' αὐτῷ καὶ κεῖνον τῆς βασιλέως τραπέζης αἰζίωμα. καὶ ὅων πῇ ἐπὶ λυδὶ παρέχετο καὶ γλάττης ἰλαθρία, καὶ δίηγημάτων ἐκθέσιως ἄδεια. τὰς δὲ Φαίακας ὕπο τὰ τῆς ἰσοτείας ὀνυφάρτος, ὡς χαίρειν ἐπόπας πῇ πότῳ, θεάτρον εἶναι δοκεῖν τὸ συμπόσιον, καὶ ᾄρτισᾶν τὰ ὦπα, καὶ κιχλίσαι θωμίσας τὸν ἄνδρα, ἢ πῇ μίμει μαθαμὼς τὰς διηγήσως δοκιμάσθαι. καὶ τε τὰ πολλὰ ἦθ' ἀφηγμάτων καπφᾶς εἶχο πὰς ὄψις, μυγίστων γὰρ κυδωνίων ἐμπειρία πεπείρει τῇ συνετίᾳ. λίχνον δ' ἀκοὴ, καὶ ἀκόρεστον ἰσιωμένη λόγων παράδξον. ἐνθτε ἄρα καὶ ὡς ποιπὴς ἐπὶ παιδείᾳ φρένας ἐκδοκιμήσαπας ἐσι θεάσασθαι. παραλαβόντες δ' ὕτοι πὰς τῆ ἀνθρώπων ψυχὰς φιλείσοφας, καὶ πρὸς μάθησιν ἀργώσας ἀεὶ καὶ ξένων δηγημάτων, τεχνουργῶσιν αὐταῖς μυθολόγημα, καὶ πεισβάλλωσι φράσιν τῇ πλάσματι. ῥυθμῷ δὲ τὸ ᾠδὸς ξυμμίζωσι, ἢ μίτρος οἷα κεῖται θελκτήριος τισὶ τὸ πράτδμα καλλωπίζωσι, ἢ τοσαύτῃ εἶχεν ἡ ψυχαγωγία τῶν δυάμεων, ὡς καὶ θεολόγων εἶναι νομίζεσθαι, καὶ παρ' ἐκείνης φοιτᾶν πὶς θεὸς, ἢ ταῖς ἐκείνων γλάτταις παραγυμοῦν πῖς ἀνθρώποις τὰ εἰκοι, καὶ οἱ τί ποτε τῇ σφῶν αὐτῶν βίῳ συμβύτυχε ἀνδραγάθημα, ἢ δυτύχημα. ἀκοῇ ἱρίσεί τις κοινὸς ἁπάντων ἀνθρώπων

A NON ex bonis tantummodo natura *Edit. Pariſ.*
inſitis, verum etiam ex inven- *pag. 3.*
tis ab ſe, excogitatiſque rebus cohoneſtari, & exornari hominem conſentaneum eſt. Poſſidet namque rationem, divinum quiddam & admirabile, cujus beneficio Deum venerari, ei vota & preces adhibere, conditionem ſuam perinde, ut in ſpeculo intueri, quemadmodumque fictus atque coagmentatus fuerit, probe didicit. Proinde ratione & intelligentia in ſemet converſi mortales, & ab exteriorum circumſpectu in ipſam mentem, ceu gyro quodam delati, fabricationis ſuæ myſterium evolvunt. Hæc igitur, ratio, inquam, multa nobis ornamenta comparavit, naturæ ipſius operum ac laborum ſocia, & adjuttrix præclariſſima. Etenim quæ illa intermittit, & in quibus deficit, hæc quam rectiſſime perficit, & abſulvit: alia quidem ad aſpectum venuſta reddens; alia ad guſtatum eoudiens; quædam ad tactum ſolidans, aut emolliens; nonnulla ad auditionem muſicis numeris diſtinguens, ſonorumque illecebris pectora demulcens, & ad commodandas aures alliciens. Quid? an non hæc artium quoque vulgarium, & in medio poſitarum repertrix eſt probatiſſima? E lana nimirum elegantem conrexit tunicam: e ligno agricolæ ſtivam, nautæ remum, militi pelram, & ſcutum fabrefacit. Verumtamen nihil præſtabilius ex omnibus, quam multiſariam hiſtoriarum cognitionem inſtruit, quæ & auribus oblectamentum, & animis quædam diſcendi officina eſt; quando non aliud quidquam mentibus cognoſcendi amore flagrantibus æque blanditur; id quod nattatio quædam Homerici poematis ad fidem faciendam ſatis appoſite cuipiam probavetit. In regiam Alcinoi regis Ulyſſes paulo ante vaſtis fluctibus in littus projectus, hoſpitio ſuſcipitur, mirificaque comitate, & benevolentia tractatur. Illico enim nudum ejus corpus, & ex nauſragio ſale tabentes artus veſte ſplendida cooperiuntur; regia menſa dignatur; & libertas loquendi, quæque veller commemorandi poteſtas homini ignoto, ac peregrino conceditur. Phæacas porro tanta jucunditate ipſa caſuum expoſitio perfundit, ſic eos detiner, ut poculorum immemores, convivium in theatrum mutaviſſe videantur, aureſque arrigant, & ab ore viri illius contemplabundi pendeant; nec ex narratione, tametſi longa, tædium ullum ſentiant; quamquam triſtia multa referat, periculorumque graviſſimorum, quæ ſubjerit, commemora- *pag. 4.*
tione cœtum illum convivantium velut iucundet. Aures namque, cum ſermone quopiam de rebus novis, & admirandis, tamquam epulis accipiuntur, liguritotem imitantes, avidæ inſatiabileſque reperiuntur. Quam ob cauſam etiam poetas eruditione principes celebre ad poſteros nomen conſecutos videre licet. Qui hominum ingeniis, ſciendi cupidis, & ad diſcendum mite ſemper inclinantibus, novarumque narrationum ſitientibus ſeſe accommodantes, artificio quodam fabulas ipſis, ſeu figmenta procudunt, quæ ſcita & ornata elocutione conveſtiunt, numeris quaſi quædam

pigmenta, & fucum illinunt, & portenta ſua carminibus, ut ceſtis ſeu cingulis quibuſdam ad delectationem appoſitis decenter circumdant. Tantumque voluptas ea valuit, ut etiam Theologi haberentur, & dii immortales ad eos veoritare, eorumque linguis domeſtica ſua, & ſi quid aliquando fauſtum, infauſtumve ſibi contigiſſet, hominibus pandere crederentur. Quod cum ita ſit, hiſtoriam communem generis humani magiſtram atque doctricem jure dixerim, præeuntem nobis, ac præmonſtrautem quæ capeſſere, & quæ ut inania nihilque profutura aſpernari debeamus: a qua condocefactos duces militares, prudentiſſimos evaſiſſe in confeſſo eſt. Novit enim ordines diſponere, & qua via hoſtem callide circumvenias. Iiſdem per evanta aliena procurationem, & cautionem majorem inſerit, perque aliorum fruſtrationes, & offenſiones tutiore itinere illos ducit. Similiter ſecundis aliorum ſucceſſibus beatiores efficit, dum eos occaſionibus non magnis ad magnarum virtutum faſtigia provehit. Ac ſeoibus quidem manuductrix, & baculus, adoleſcentibus pædagoga, & inſtitutrix optima ac ſapientiſſima eſt, peritia multa quamdam iis canitiem concilians; & quæ procedens tempus paulatim eos doceret, ea ipſa docendo autevertens. Cui ego quoque ſtudium, & operam meam dicabo, quamquam majus onus capeſſere me intelligo, quam iſtis humeris ſuſtinere poſſim, quandoquidem nulla mihi ſuppeditat verborum dignitas, nulla ſententiarum gravitas, nec orationem belle ac feſtive contexere ſcio, & ejus œconomiæ, artificiique ſum rudiſſimus. Quod ſi quid eorum quæ referemus, cum lepore, & venuſtate expoſitum videbitur, id a fortuna quadam, non a ſcientia mea profectum exiſtimetur.

A τῶν ἐγκύκλιον διδάσκαλον, εἰσηγουμένην, οἷς τε ἐγχειρητέον, καὶ ἃ παρεπτέον, ὡς μὴ σωκοφαντεῖν. ἐμφρονεστάτης τε τὰς γραπτὰς δι' ἐκείνης ἐσὶν ἰδεῖν· πάντων γὰρ δυνάμεις ἐπίσαται, ὅπως τε λόγοις σοφίζεσθαι διὰ τὸ πολέμιον· καὶ ταῖς μὲν τῶν ἄλλων συμφοραῖς προμηθεστέρους σφᾶς αὐτοὺς ἀπεργάζεται, τοῖς προσφαλεῖσιν ἑτέροις ἐκείνης ἰθύνουσα· ταῖς δ' αὖ πάλιν εὐπραγίαις, εὐθυμοτέρους ἀπέδειξε, μικραῖς ἀφορμαῖς μεγάλας ἀρετῶν κορυφὰς ἐπαυξάνουσα. καὶ τῇ μὲν φρονίμῳ χειραγωγὸς τίς ἐστι καὶ βακτηρία· τῇ δὲ νέᾳ παιδαγωγὸς κάλλιστος καὶ σωφρονίστατος, τῇ πολυπειρίᾳ πολιοῦσά πως τὸν νεώτερον, καὶ φροθάπτουσα τῷ χρόνῳ τὰ κατ' ὀλίγον μαθήματα. ἀρὸς ἐῶ ἐπιδραμοῦμαι κἀυτὸς, εἰ καὶ μεῖζον ἢ κατ' ἐμὲ τὰ ἐγχειρήματα, ἀφ' τὸ τῆς λέξεως ἀγωνὶς, τῶν τε νοημάτων τὸ εὐδρανίσατον, τῆς τε τῶ λόγω σωθήκης τὸ ἀκαλλὲς, τό τε τοῖς οἰκονομίας ἀτεχνότατον. εἰ δή πω δίχαρί τι τῇ ἐκπεσομένων φανείη, τύχῃ τοῦ φοσαπτέω· μὰ γὰρ ἐπιστήμῃ τὸ αἴτιον.

B



ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Α'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER I.

PHOTII CONSTANTINOPOLITANI
in eundem librum Synopsis, sive Summa.

ΑΡΧΕΤΑΙ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῦ Μαυρικίυ, καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Φωκᾶ ἀναῤῥήσεως. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ λόγῳ διήγησιν ὅπως ὁ Μαυρίκιος ὑπὸ Τιβερίου τῦ βασιλέως ἀναγορεύεται βασιλεὺς, ἰωάννυ κατ' ἐκεῖνο καιρῦ τῆς Κωνσταντινοπολιτῶν ἐκκλησίας προεστηκότος. ὅσα τε εἰς εὐθυσίαν εἶπε Μαυρικίυ, ἰωάννῃ τῷ Κοιαίστορι χώμβυς ὑπουργῶ τῷ λόγων, ὃς πρὸς τε αὐτὸν Μαυρίκιον, καὶ τὸν δῆμον, τἀῦ ἐν τῷ λόγῳ πρᾶξιν ἐπαχθῆ πλημμελῆ τῦ βασιλέως. ὅπως τε αὖτις τἀῦ θυγατέρα καταγγύησε ὅπως τε τῇ ὑστεραίᾳ τῆς Μαυρικίου ἀναῤῥήσεως ἐτελεύτησε· καὶ ὡς πρὶν ἢ τελευτῆσαι αὐτὸν, εἶδεν ὄψιν, λέγουσαν αὐτῷ. τὰ δέ σοι Τιβέριε, τὸ τελεσάγιον λέγει. οἱ τύραννοι τῆς βασιλείας ἀ φοτήσουσι χρόνοι. ὧν δ' ἄρα ἐκεῖνα τραγῳδίας τινὸς ἀποσκόρδισις τῆς ἀπὸ τῶν παλαμναίων Φωκᾶ ἀναιρεσεως τυραννίδος. ἔτι δὲ καὶ ὡς πρὸς Ἄβαρις ἤδη μεμφῆ πρόθεσε τὸ Σίρμιον πολιορκήσαντες Μαυρίκιος σπονδὰς ἔθετο, ἀφ' ἑνὸς ἕκαστον τῶν βαρβάρων συμβόλους ἐγκαταβάλλεσθαι δὶ ἐμπορίας ἀργύρυ τι καὶ ἐθνικὸς χρυσᾶ χιλιάδας π'. αἳ μέχρις ἐνιαυτῶν δύο διήρκεσαν ὑπὸ τῆς βαρβαρικῆς ἀπληξίας λυθεῖσαι. ἑκάστη δὲ χιλιάδων χρυσοῦ ὁ βάρβαρος φοδάκιλον ἐζήτει. ἐξ οὗ λύσις γέγονε τῇ σπανδῶν. καὶ ἀ-

AB Imperio Mauricii orditur hiſtoricus, & uſque ad promulgationem Phocæ ſucceſſoris ejus narrationem pertexit. Putat primo libro, quo pacto Mauricius a Tiberio renuntiatus ſit Imperator, Joanne id temporis Eccleſiam Conſtantinopolitanam adminiſtrante: quæque eundem inauguraturus admonuerit, interprete adhibito Joanne Quæſtore, quem ut cum ad Mauricium, tum ad populum coram præſentem nomine ſuo verba faceret, ipſemet delegerat. Quomodo eidem Mauricio filiam ſuam deſponderit, ac poſtera luce e cuſtodia corporis evolarit. Quale viſum ante mortem ei oblatum, iſtanc vocem dederit, (Hæc tibi, Tiberi, τρισάγιον (ter ſanctum numen) dicit, tyrannica impietatis tempora te imperante non venient.) Erant hæc nimirum alicujus tragœdiæ, calamitatiſve præmuntia; nempe tyrannidis, quam ſceleratus, & cruentus ille Phocas arripuit. Præterea quemadmodum eum Abaris, qui non ita pridem Sirmium ditioni ſuæ ſubdiderant, Mauricius fœdus compoſuerit, pactus, in annos ſingulos iiſdem octoginta millia in veſte & argento a mercatoribus ſoluturum. Verum penſio iſta ne ad biennium quidem cupiditati & avaritiæ barbarorum ſatis fuit: ſiquidem Chaganus eorum Princeps, nti vicena millia ad-

Edit. Pariſ.
pag. 5.
pag. 6.

ferentur postulavis. Eo postulato re-
jecto, fœdus infirmatur. Singidon, Au-
gusta, Vimiacium urbes subiguntur,
Anchialo oppugnatio admoveturi; Elpi-
dius, & Comentiolus ad Chaganum le-
gati, iodigne accipiuntur, quod hic
videlicet hominem liberius compellave-
rat. Anno ab hoc altero Elpidius ite-
rato ad Chaganum super vicenis au-
reorum millibus addendis mittitur, &
cum Targitio quodam ex Abaris By-
zantium redit. Comentiolus contra Scla-
vinos sive Sclavos dux creatus, rem cum
virtute gerit. Chaganus propter Barco-
labram magum fœdera denuo confun-
dit. Cumque Abares complura Roma-
norum oppida depopularentur, multitque
locis vastitatem inferrent, Targitius in
insulam Chalcitidem ad senos menses re-
legatur. Romanorum, Persarumque ad
Nymphium flumen conflictus: Mauricium
Edit. Paris. pag. 7. inter & Constantinam Tiberii filiam nu-
ptiarum sacra obeuntur. In ipso pri-
mordio Imperii Mauricii exortum in fo-
ro incendium. Miraculum conchæ, seu
pelvis Glyceriæ martyris. Paulinus præ-
stigiator deprehenditur. Imperatore ad
clementiam propendente, ut apparet, Joan-
nes Patriarcha venefícum rogo cremandum
instat, dictaque verbis Apostolicis con-
firmat. Paulinus in crucem tollitur: e-
jus filio impietatis consorti caput a cer-
vicibus abscinditur. De Aphumis, &
Acbas castellis. Persarum & Romano-
rum certamen. Joannes dux astu milita-
ri victus. Mauricio Imperium occipien-
te, horribilis terræmotus. Ejusdem con-
sulatus. Philippico Imperatoris fororio
(Gordiam quippe ejus germanam habe-
bat in conjugio) orientalium copiarum
præfectura mandatur. Ejus egregia faci-
nora. Romanorum e Perside abitio.
Sitis immensitate propemodum extinguun-
sur. Captivos trucidant. Armenam re-
gionem militi deprædandam dux Roma-
nus permittit. A belliandi peritia com-
mendatur. Scipio Africanus major laudi-
bur effertur. Persæ haud procul Mar-
tyropoli grassantur. Eorum ad Roma-
nos legatio. Hactenus liber primus.

A λίσκεται ὑπὸ τῆ βαρβάρων Σιγγιδὼν ἡ πόλις ἡ Αὐ-
γύστα, ἡ τὸ Βεμινάκιον. πολιορκεῖται δὲ ἡ Αγχίά-
λος πόλις, ἡ πριβάλλονται Ελπίδιος ἡ Κομεντιό-
λος Ρωμαίων πρίσβεις πρὸς τὸν τῆ Αβάρων Χαγά-
νον, ἡ ἀτιμοῦνται, ἃ τε δὴ Κομεντίολυ, παρ-
ῥωσταμένυ πρὸς τὸν βάρβαρον. τὸ δὲ ἐπιγινομένυ
ἔτυς πάλιν Ελπίδιος πρὸς τὸν Χαγάνον διαπρεσβίευ-
ται ἐπὶ τῆ ἡ τὰς εἴκοσι χιλιάδας αργυρίῳ. χρὴ
λαβὼν Ταργίτιόν τινα ἀπὸ τῆ Αβάρων ἐς Βυζάντιον
ἦκε. στρατηγὸς δὲ * προαιρεθεὶς Κομεντίολος ἡ Σκλα- * al. αἱρε-
βίνων ἠ ἄνδραγάθησε. ἡ ὅπως πάλιν ὁ Χαγάνος τὰς δυὶ
σπονδὰς συγχεῖ· ἡ περὶ Βοσκολόβρα τὸ μάγυ. πόρ-
θησίς τε πλείστων πόλεων Ρωμαϊκῶν ὑπὸ τῶ βαρβά-
B ρων. ἐπεὶ δὲ οἱ Αβαροι πολλὰ τῆ Ρωμαίων ἐλπί-
ζοντο, Ταργίτιος εἰς Χαλκίτιδα νῆσον ἐξορίζε-
μένων ἐξ τῆ ἐξορίᾳ παραπέμπεται. ἐπὶ τε πόλε-
μον διέξεισι τῆ Περσῶν ἡ Ρωμαίων, τὸν ἐπὶ τὸν
Νυμφίον ποταμόν· τόν τε γάμον Μαυρικίυ, ἡ Κων-
σταντίνης τῆς Τιβερίυ θυγατρὸς. ἁλαμβάνει ἢ ἡ
περὶ τὸ γενόμενε ἐμπρησμὸν, ὡς ἐν τῆ φόρῳ χρὴ τὰ
προοίμια τῆς Μαυρικίυ βασιλείας συμβῆ· ἡ περὶ
τῆς ἀναιρέσεως Παυλίνυ τε γόητος· ἡ περὶ τε θαύ-
ματος τε χρὴ τὴν κόγχην Γλυκερίας τῆς μάρτυρος·
ὅπως τε Ιωάννης ὁ πατριάρχης, φιλανθρωπότερον δο-
κοῦντος ἔχειν τῶ βασιλέως, αὐτὸς πυρὶ παραδοθῆναι
τὸν γόητα διεχυρίζετο, * παρεφαίνων τῆ λόγῳ καὶ * al. πα-
C τε ὑποτολμᾶν ῥῶσιν. ἡ ὅτι Παυλῖνος τε ἡ ὁ παῖς φαίνων
κοινωνὸς ὢν τῆ ἀσεβείας, τε ἐπὶ θανάτῳ ἀπεχθησε,
ξίφει τὸν βίον καπαρτερήμυσε. ἔτι τε περὶ τε Αφύμων
ἡ Ακβᾶς τε φρυρίων. ἐμπεριέχει ἢ τῆ λόγῳ μάχη
Ρωμαίων ἡ Περσῶν, ἡ ὅπως ὁ Ιωάννυ καπαστρα-
γεῖται ὑπὸ τε βαρβάρων. ἔτι ἢ ἡ ὁ μέγας σεισμὸς
γενόμενος κατὰ τὴ ἀρχὴν τῆς ἀναγορδίσεως Μαυρικίυ,
ἡ περὶ τῆ ὑπατείας αὐτῆ. ὅπως τε ὁ Φιλιππικὸς ὁ
ἐπ' ἀδελφῆ τῶ βασιλέως Γορδίᾳ γαμβρὸς, τῆς ἑῴας
διοικήσεως προχειρίζεται στρατηγὸς, ἡ αἱ ἀνδραγαθί-
αι αὐτῶ, ἀναχώρησίς τε ἐκ τῆς Μαδικῆς τε Ρωμαίων.
ἡ ὅπως ἀνυδρία τὸ Ρωμαϊκὸν ἐκνευδιάζει στρατὸν· ὅπως τε τε Αρζανίνων χώρας ὁ Ρωμαίων στρατηγὸς προ-
νομῆ παραδίδωσιν, ἀσεσείᾳ τε τε Ρωμαίων διοικήσεως, ἡ ὅπως τὰ χρὴ τὴν μαρτυρόπολιν ὁ Περσῶν στρατηγὸς κατεπόρθησε. ἀρισβεία τε Περσῶν πρὸς Ρωμαίους πρώτη ἡ δεύτερα· ταῦτα μὲν
ἐν τῆ πρώτῳ λόγῳ.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

Tiberii Auguſti ſub exceſſum præclara oratio. Mauritius ſucceſſor palam declaratur.

ΟΤΕ τὸν αὐτοκράτορα Τιβέριον τῆς ἐντεῦθεν ἰδέας λοιπὸν μεταβιβάσθαι λήξεως, καὶ τῷ κοινῷ ὑπεκεῖναι νόμῳ τῆς φύσεως, ἐπιθυμίαις τῇ νόσῳ μιλαίνης χολῆς, ὡς σωισθῆς πιστὸν ἀπαλλάξαι ἑαυτὸν, ἀνερρήθη Μαυρίκιος, καὶ βασιλέως ἀξίᾳ μεγαλαυχεῖται, καὶ νεύοντι τῇ ἀληθείᾳ, τῆς μεγάλης τῆδε αὐτοκράτορος δυνάμεως μεταλαγχάνει. φραδέως δὲ ἀχθεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὸ ὕπαιθρον τῆδε βασιλείου αὐλῆς, ἥτις παρὰ τὸν τῆς πολυτιβέδι τὸ ἀνακτόρων οἰκεῖα, προαυλίῳ περιῤῥυτῇ, καὶ περιδέξῃ τῆς προαυλίου, τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεδρίας καθίδρας συναλιτάμβανε (Ἰωάννης δὲ κατ' ἐκεῖνο καιρὸν τὰς ἐκκλησίας διϊθυνοῖακας) τὸν τε τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων συμβουλοσύμβιος ξύλλογον, τάς τε δορυφόρους, καὶ φύλακας, καὶ πάσας τὰς ὡς βασιλέως τιμῆς συμπαγμένους, καὶ μὴν καὶ τοὺς ἐπισημοτέρους τῶ δήμου, αὐτὸς μὲν ὑπτίως τοῖς ἐντυχοῦσι διείλεκται. βασιλέως δὲ γλῶτταν τὸν Ἰωάννου ἐδέκετο, ἄνδρα ῥήτορά τε δεινὸν, καὶ νόμων Ρωμαϊκῶν ἐπισήμονα· ὃς τὰ βασιλέως προστάγματα τῇ ἑκτόνῳ τῆς ἀγλωττίας ἐμεγαλήγορει βασιλικῆς μεγαλοφροσύνης ἐπάξια. τοῦτον ἐπιχειρεῖ Ρωμαίοι φωνῇ ἀπαλαῦσι Καίσαρα. παρὰ γοῦν ὁ Αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῶ βασιλέως, ἅμα τῇ παιδὶ Κωνσταντίνῃ, ᾗ τῆς Μαυρικίου τύχης ἅμα καὶ βίᾳ κοινωνὸν ἐποιήσατο, ἓ πρό γε τῆς ἀναῤῥήσεως τῆ ξυλλόγῳ παῖδ' παρίδυτο.

Τὸ πολυθρύλλητον τοῖς ἔθνεσιν ὄνομα καὶ ἐπίτιμον, τὸ ἐπὶ γομάσιν πολλῶν ἐπ' ὠφελείᾳ δι' ὐαλείαν πεφευγέμενον, μεγάλαι καὶ τελεσπάκαι τυῶ αἱ τῆδ φροντίδων ἀδῖνες ἀμὶν περίσσατται· αἱ μὲν τὰ τῆδε ἤθεσθαι καλῶς ἀναγκάζουσι· αἱ δὲ τῇ ἤθεζούσῃ ἐμπαράτουσι, καὶ τλῶ ἐνδύσει τοῖς λόγοις τῆς βιοτῆς παραδόσθαι τῇ δημιουργῷ κατατείνουσι. καὶ περιδυὴς μοι τύμβου ἡ πάλαι παῤῥησία καὶ ἄδεια· οἷς δὲ ἀρθονία τῆς ἐξουσίας, τούτοις εἰκὸς καὶ τὰ σφάλματα παρίσθαι πλείονα. ἀλλ' ὅμως αἱ περὶ τῆς βασιλείας ὑμῖν ἐξύτραι καὶ προικτύουσι, οὐχ ὅτῳ παύτλῳ ὕπω παχὺ καταδύσθαι, ἀλλ' ὅτῳ παύτλῳ ὄντες καλῶς διατίθεσθαι. ἐπεὶ μηδὲ κατατυγχάνω παύτλῳ ἐγὼ ἐπί τε ζυγῷ τῆς ἐξουσίας, καὶ κολακείᾳ τῶ σώματος. ὁρῶ δὲ καὶ τλῶ φύσιν μετὰ τῆς τύχης ἡμᾶς καταπεφύκασαν. βασιλεῖα γὰρ, καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκα κατὰ ταυτὸν ἐπιτίθεται· ἡ μὲν ἀγαμένη ζητοῦσα σοφίν· ἡ δὲ κυδαμένα χρείας ἐπιεικίσατόν τε, καὶ ὠσεβίσατον· ἡ δὲ τῶ χειραγωγοῦντος, διὰ τὸ τῆς ἀλικίας ἄωρον, τό τι τ ἤθελεας φύσεως ἀσθενίσερον. πιεζροτῶ δὲ πολλάκις ὑπὸ τῆς νόσου τλῶ φύσιν, ἓ τὸν ἐκείνης δραστικὸν δισμὸν, καὶ παίδων ὑπεροβῶ, καὶ πιεμπτοῦ μοι γυναῖκα, ἀδὴ τιθνᾶσα δουῶν, καὶ τῆς ἀρομαθείας ἐλαθεῖαν λαχεῖν. ἀλλ' ὡδὶς ἡ περὶ τῷ σκήπτρων ἀπαραίπτος φροντὶς εἰσπέδυσεν· ἡ τὸ μόνον γὰρ διαπῆσαι ἀρότος ἐμπιστευθὲν ἴσω ἀγών, ἀλλὰ καὶ τὸ δόντος ὑπέρος παραπίμψαι τὸν κλῆρον. δεῖ γὰρ τῇ φροτίρων ἡγεμόνων εἶναι τὰς δόντρους ἀμείνους, ἵνα τοῖς προσφαλοῦσιν ἐκεῖνοι νέα παρ' αὐτῶν δόρ-

CUM jam Tiberio Auguſto, atra bile, quam medici vocare conſueverunt, morbum aggravante, ex hujus vitæ diverſorio demigrandum eſſet, & dies commune illud naturæ debitum perſolvendi adeſſet, Mauricius ſucceſſor ante nominatus, ad imperatorios honores magnifice extollitur, purpuraque inſignis, ſupremam Auguſtorum poteſtatem ſortitur. Tiberius namque in atrium palatii, juxta domum, in qua multi ea herbis, ſeu frondibus ad cœnandum, dormiendumve tori, ſive leſtiſternia, veſtibulum illuſtre, viſendumque prætorium, huc, inquam geſtatus, accerſito Joanne, qui ea tempeſtate cathedram hierarchicam obtinens, eccleſiæ gubernacula moderabatur, virorum præterea eccleſiaſticas dignitates gerentium coacto collegio, præſentibus item prætorianis militibus, & cuſtodibus corporis, & aulicis demum uniuerſis, nec non civibus primariis, ipſe quidem per ſe ad conventum non dixit: verum eas partes Joanni Quæſtori (ut latina lingua appellatur) mandavit, homini eloquenti, Romanarumque legum, & conſuetudinum haud ignaro; qui decreta & ſancita ab Imperatore, porenti facundia ſua honorifice, & ut Imperiali altitudine animi dignum erat, pro concione promulgare, atque eapoeere conſueverat. Ad Imperatorem igitur novum ſibi ſurrogandum præſens Auguſtus, una cum filia Conſtantina, quam Mauricio vitæ, fortunarumque comitem, ac ſociam individuam tradiderat, ante publicam renunciationem ad aſtantium multitudinem hunc in modum diſſeruit.

Viri Romani, nomen per omnes gentes vulgatiſſimum honoratiſſimumque, & propter claritudinem atque gloriam plurimorum linguis decantatum, ſcitote me nunc magnis, & poſtremis ſollicitudinibus cruciari: quarum aliæ me ſtimulant; ut a quibus diſcedendum eſt, ea recte atque ordine conſtituta relinquam: aliæ ipſo tranſitu ex hac luce, quo a vobis divellar, animum percellunt; quandoquidem quæ nnoium annorum meorum decurſu a me patrata ſunt, eorum ratio uolverſorum effectori omnino mihi reddeoda erit. Et illa quondam libertas, ac ſecuritas mea in pavnrem non mediocrem vertit. Qui enim ſunt ampliioribus poteſtatibus prædiri, eos plura etiam vitia, & peccata plerumque comitantur. Cæterum curæ ſuper imperio præponderant, urgentque vehementius, non in cojus cervices illud reclinare feſtinem, ſed cuinam id bene feliciretque committam. Quoniam oec mihi idcirco deſponſum ac traditum fuit, ut in eo deliciis vacarem, & blandimenta corporis conſectarer. Neque vero quorum fortuna dominatur, ea tantum, ſed natura quoque per quam ſollicitum me habet. Simul Imperium, liberi, uxor premunt. Res Rnmana rectorem ſapientia valentem: coojux curatorem viduitatis ſuæ æquiſſimum juata ac religioſiſſimum: filiæ, qui eas ob immaturam ætatem, & mulie bris animi imbecillitatem quaſi manuducat & regat, deſiderant. Quamquam ego natutæ faces morbo acrius ſæviente ſæpenumero deſpicio, illiuſque vincula abrumpo, & ſimul liberos poſthabeo, ſimnl uxorem negligo, dum me jam hinc excedere, & ab bujuſcemodi procuratione liberari puto. At enim mox ſceptri ſollicitudo inexnrabilis in me inſilit: quando non ſolum creditum ſibi Imperium tueri atque conſervare, verum id ipſum nihilominus, oe hereditatem quandam, & ita ut honeſtum eſt, ad alios tranſmittere difficultatem habet maximam, cum Principes ſucceſſo-

res præſtare deceſſoribus ſuis oporteat: quo illorum virtute, ſapientiaque horum lapſus, & delicta corrigantur: alioqui, ut ſummatim dicam, univerſa Imperii moles, tamquam infirmo nirens fundamento, labatur & corruat neceſſe eſt. Dum hiſce curis exederemur, inſpectrix omnium rerum providentia moleſtiam noſtram allevavit, conſilumque nobiſcum quoddam reperit, & qui ſecundum nos Imperii faſtigium conſcenſurus eſſet oſtendit: Mauricium hunc ſcilicet, quem coram videtis, hominem rei Romanæ opportuniſſimum; cujus cauſſa nec paucos, & prædicandos labores eahauſit, futuræque erga cives ſollicitudinis, ac proviſionis ſuæ quaſi quoddam pignus jam depoſuit. Hunc hodierno die Imperatorem aſpicietis. Tanta porro cum ſpe, & fiducia hanc provinciam omnium graviſſimam illi committo ac trado, idque bona cum animi valetudine, ut eidem una cum principatu filiam quoque meam uxorem committam: hoc tam eximio, naturalique pignore meo ad bene de ipſo, & republica ſperandum velut quoddam ſignum ſuſtollens. Solatium iſtuc pro viatico mecum auferens, longam illam peregrinationem inibo: Cæterum hujus negotii pulcerrime conſtituti vos nobis teſtes eritis idonei ac fide digni; quandoquidem & nos, qui Imp. gubernavimus, & hunc, qui ſe nobis adjutorem prudentiſſimum ſemper præbuit, experiundo cognovimus. Tu vero, mi Maurici Imp. tuum mihi epitaphium longe elegantiſſimum fac efficias: ſepulcrum meum virtutibus tuis condecora, nec eorum ſpes, qui ſe totos fidei, auctoritatique tuæ permiſerunt, pudefaciens, nec temere ipſum ignorans, & a præſtantia, ac nobilitate animi tui degenerans. Rationis fræno in poteſtatis magnitudine ſuperbiam cohibe, & ea philoſophiæ præceptionibus præcipitatus tui navim dirige. Sublime nimirum, & eacelſum quiddam eſt Imperium, ſibique inſideorem altius effert, adverſus rationem ferociens, & inſolefcens. Cave exiſtimes, te prudentia anteire omnibus, licet opibus vincas omnes. Conare civibus, & ſubditis tuis diligi potius quam timeri, reprehenſionemque, ut magiſtram optimam, blanditiis, & aſſentationibus antepone. Poteſtas enim admoneri ſe, & coodoceſeri ægre patitur. Juſtitia perpetuo ante oculos verſetor, ubique aſſideat, quæ actionibus vitæ noſtræ condignam mercedem diſpeniat. Quia ſapientiæ ſtudioſus es, purpura perinde ac nullius pretii panno quopiam te circumdarom, corooamque gemmis illominatam nihil a calculis & lapillis, io littore marino jacentibus differre cogita. Flos purpuræ triſtior eſt, ubique principes horrari videtur, ut rebus proſpere fluentibus in officio ſint, nec lugubri iſta veſte monarcharus, lætitia geſtiunt, & inſolefcant. Haud enim ſolutam proterviam, ſed inſignem, ſplendidamque ſervitutem potius Imperiale ſceptrum profitetur. Iram maoſuetudo, prudentiam timor regat. Nam & apibus natura regem præpoſuit, eumque aculeo indito, ceu naturali quadam facultate armavit, ut male parentes, & immorigeros emendare poſſit: non tamen tyrannicum, verum in commune utilem, ac juſtum aculeum apis gerit. Hanc ſaltem imitabimur, ſi melius conſilium mens ſuppeditare non poterit. Iſta ego ad te tamquam Iator, ac parens ad filium. Habebis autem hujus cohortationis meæ judicem quodammodo poteſtatem illam, quæ muneribus minime tranſverſim agitur; & aut virtuti honorem & gloriam, aut imprubitati dedecus, & contempium remetitur.

Poſtquam dicendi datus finis, omnes collacrymari largiſſime, cum alii ſuper morte Imperatori jam proximæ dolorem caperent (quorum videlicet in ipſum benevolentia teſtatior erat) alii per ſympathiam miſeratione colliqueſcerent. Solet enim aliena calamitas ſenſum ſui communicare cum intuentibus. Tum Imperator corona, purpureaque chlamyde Mauricium Cæſarem induit; inde multa fauſtum acclaman-

Edit. Patiſ. pag. 10.

NIHIL QUIPPE INCOGNITUM OUCENO. PULCHMEA ET CYRENÆI SENT.) *μαθὼν γὰρ ἄγνωστον ἔχομεν οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῇ παρούσῃ δόξῃ.* Hunc Cyrenæum puto eſſe Ariſtippum, a quo philoſophia Cyrenaica, & Cyrenaici propagati. Inter alias ejuſdem γνώμας a Laertio hæc quoque referuntur. Eſt autem veriſſima, nec recondita. Senſus pulchritudinis non eſt ſine judicio: judicium præcedit cognitio, ſive utrumque horum poſtea verum, ſive utrumque falſum ſit. Nam amantibus pulchra videri, quæ pulcra non ſint, affirmat Theocritus. *ἄγνωτα* igitur, *non cognita*. qui tandem poſſunt haberi pulcra? Vulgo etiam dicitur. *ignoti nulla cupido*. Quia ſcilicet ignota non æſtimantur pulcra & præclara. Quæ talia non æſtimantur, nec appetuntur. Vocem ἔχομεν arbitror ſine ſenſus detrimento deleri poſſe, quem impedit potius, quam adjuvat.

TYRANNUS CALYDONIUS.) Phœcam in palatium Imperatorium, atque adeo in Imperii nullo jure, & furenter invadentem, apro Calydoniæ agros fœdum in modum devaſtanti belle comparat. Eum aprum Diana, in primitiarum ſacrificio ab Oeneo rege Ætoliæ ſtudio prætermiſſo immiſit. Metamorph. lib. 8. Eumdem importuniſſimum, immaniſſimumque tyrannum mox non minus apte *degenere cyclopum*, *& centaurum petulantiſſimum* vocat. iiſdem epithetis eumdem lib. 8.

c. 10. exornat. Feritatem cyclopum nec legibus parentem, nec deos metuentem Homerus, & Euripides deſcribunt. Vide adagia, *Cyclopica vita*, & *Cyclopum mores*. A moribus: item centaurum, qui legum, & juris contemptores, viribus & vi agebant omnia, proverbium eſt κενταυρικὸς, de iis, quæ inciviliter, ferociter, & crudeliter committuntur. De Phocæ ignavia, abrioſitate, ſævitia, libidine, odio in eum multitudinis, digniſſimo flagitiis ſuis exitu, Nicephorus Calliſtus lib. 18. cap. 43. 55. 56. & alii.

E PORTICU IMPERATORIA.) Ad *coën* alludit, in qua Zeno docuit: cujus diſcipuli primum quidem a magiſtro Zenonii, poſtmodum ab illa porticu, tamquam ſchola ſua, Stoici ſunt cognominati. Facit autem Simocatta Mauric. philoſophum: ideo ejus palatium quaſi *coën* fuiſſe videri cupit. Et in ipſo etiam vocabulo magnum illi honorem habet, propter diſciplinæ illius rigorem, ac ſanctimoniam. Unde Zeno cum Theophraſtum a multitudine diſcipulorum audiret commendari: illius chorus, inquit, eſt major: meus autem melius cantat. Sollenim Stoici vim virtutis tenere: ad Chriſtianos quidem propius illa dogmatum ſeveritate accedere viſi ſunt. Honorifice quoque ſirum Socratem appellat. Socrates autem omnium ſapientiſſimus ab Apolline pronunciatus eſt.

HERACLIDÆ ME SERVARUNT) Propter Heraclium unum ex tribus interfectoribus Phocæ, & ejus in Imperio ſucceſſorem hoc dicit: quo imperante hiſtoriam hanc Simocatta compoſuit: quaſi ille e poſteris Hercu is fuiſſet, tyrannoque tollendo ſimile quiddam avo ſuo in monſtris occidendis præſtitiſſet, qui ut illa hominibus, ſic ipſe virtuti & bonis artibus exitium machinatus eſſet. Ex cognatione nominis captatus eſt lepos.

ATTICA MODULOR CANTICA.) Mihi, & artibus liberalibus locus eſt: hoc enim volunt iſta verba. Nam Athenæ omnium doctrinarum inventrices. Quis præterea neſcit illa, *Attica facundia*, *Attici lepos*, *Attica muſa*, *Attica eloquentia*? Philo, lib. *Quod omnis probus liber*. Quod enim in oculo pupilla, in animo ratio, hoc Athenæ in Græcia.

UT ALCESTIN ALIQUAN VERIBUS HERCUL. RESUSCITAVIT.) Ex argumento tragœdiæ hujus nominis apud Euripidem locus hic illuſtrabitur. Eſt autem ferme iſtiuſmodi. Admeto rege Theſſaliæ jam moriturο, Apollo, qui (propter Cyclopas videlicet interfectos) Jovis coactu ejus armenta paverat, a Parcis obtinuit, ut alterum tantum viveret, ſi quis morti
pag. 221. pro ipſo ſe offerret. Quod cum ex amicis, ac propinquis nemo, nec vel pater, vel mater (quamquam ſenes, & capulares) facere vellent, Alceſtis conjux ſeſe obtulit. Hercules interveniens, ubi didicit quod acciderat, ad ſepulcrum acceſſit, mortem diſcedere coegit, ipſamque Alceſtin lepide viro ſuo vivam reſtituit.

MALORUM DEPULSORIS.) ἀλεξίκακος quamobrem appellatus ſit Hercules, ex tot ejus laboribus cognoſci facile poteſt: quos quidem nos ex variis poetis unum in locum, ad Symbolas noſtras lib. 8. Æneidos collegimus. Sed plures etiam a mythologis afferuntur. Natalem Comitem præ aliis lege, ſi placet. ἀποτροπαῖος. ἀπὸ τοῦ ἀπωσθαι, ἀλεξίκακος. Dii depulſores, averſores malorum, peſtiumque & calamitatum defenſores. Vide Bud. Comment.

ET HUNC CROBYLUM, SIVE PLEXUM CAPILLORUM.) Verba iſta, *ſive plexum capillorum in vertice*, interpretandi cauſſa adjecimus. Eſt porro κρόβυλος Heſychio, *ὀχύρωμα τῶν ἐμπλοκίων, ἢ ὅταν τὰ ἐπιφυόμενα ὑπὸ μέσον τὸ μέτωπον εἰς τὸν κορυφὴν, nodus, ſeu nexus capillorum, a fronte media in verticem reductorum, ſeu revinctorum.* Athenienſes citris ſive plexibus hujuſcemodi capillorum cicadas aureas implicabant, ſeu innodabant, quo ſe per illud inſectum indigenas eſſe teſtarentur. Cicada enim ibi vivit, ubi naſcitur. Unde τεττιγοφόροι dicti. De hac Athenienſium conſuetudine, item de crobylo multa erudite Hadrianus Junius lib. de Coma.

NEC ENIM VEL TERRENUM ORNATUM INORNATUM MANERE VULT.) Græce ſic eſt. *δι' οὐδὲν γὰρ ἄν τὸν παρόντα κόσμον φάναι ἀκίνητον.* Arbitror loci totius hanc ſententiam eſſe. Artes ingenuas, quæ ſunt ornamenta quædam terrena, non cæleſtia, etiam ipſas adhuc ornari, & excoli deſiderat, Et vita illi eſt, hoc eſt, ſummæ voluptati eſt, in ſapientis iſta terrena excolenda alios operam ac ſtudium ſuum ponere. Ornant homines ſcientiæ, & ab iiſdem viciſſim ornantur.

QUÆ CORPUS NON NABET, IN TERRIS PHILOSOPHATUR.) Nos hanc ſententiam hinc probabiliter elicimus. Ego philoſophia, quæ corpore careo, per hunc Antiſtitem Sergium in terra ſum, & philoſophor. Et rurſus per ipſum (qui eſt quaſi viva, & corporata philoſophia) tamquam homo cum hominibus verſor. Occurrunt interdum quædam iſtius generis per hanc hiſtoriam, ad quæ intelligenda attentione, & agitatione quadam mentis opus ſit. Græcas voces accipe, & verius aliquid inde prome. *ἡ σώματος ἀκρὶς, φιλοσοφία ἐν γῇ, ἡ δυναμις ἀσωμάτοδοσα, μᾶλλον δὲ ἀνδρικὴ καὶ ἀνδρικὸς ἀνακτόρεται.*

NON VELUT ITHACENS. ULYSSES OBTURATIS AURIBUS.) Ne cum ſua ſuorumque pernicie Sirenum cantibus detineretur Ulyſſes, ſocionum aures cera obturari juſſit, ſeque vinculis arctiſſimis malo alligari, nec, quamvis rogantem, ſolvi, donec illa loca præternavigaſſet. Homerus Odyſſ. μ. *μυθολογικῶς* ſuavitas illa cantus voluptatum blandimenta ſignificat, adverſus quæ aures obturandæ, & a quibus longius ſemper refugiendum eſt, quandoquidem perniciem afferunt: ſicut Sirenes ſibi operam dantibus afferebant. Lege Natal. Comitem lib. 7. cap. 13. Proverbium *Sirenas præternavigare*, de fugiendis voluptatum illecebris, aut declinandis vitiorum occaſionibus. Specie item proverbii ponitur *Siren* pro illecebra, & vi dicendi. Norunt docti, Iſocratem Atticam Sirenem appellatum. A Pauſania in Atticis *κὶν σοφὶν* dicitur Sophocles: cauſſa additur. *αἰνίζεται δὲ ἡ γυνὴ ἐν τῷ σώματι, ᾗ λόγων τὸ ἀνάγκαιον ἐπρᾶϊ ἐπάζων. Conſueverant etiamnum illecebras poematum, ac verborum pellacias frenibus aſſimilare.*

TOTTE ANTOT TOY ΤΥΟΣ.) Vox *ἄγνω* de eodem videtur accipienda, de quo *δυὸ γὰρ*, quæ præcedit. Sicut ergo arborem ante latam, ita nunc excelſam eſſe dicit, platanum videlicet. Et tamen *ἄγνος* potius frutex eſt, in arborem aſſurgens, latine vitex. Vide lexicographos. Simocatta quamquam hiſtoricus, eſt tamen, ut comperies, verborum licentia ipſe quoque liberior, & magnum habet cum poetis commercium.

VELUT INSULA QUAM IMMENSUS, UT EST APUD POETAM, PONTUS CIRCUMD.) *Ut eſt apud poetam*, hæc de meo adjeci: licet enim hoc interpreti, perſpicuitatis cauſſa videlicet. Carmen extat Odyſſ. a. Homero teſte etiam per hiſtoriam non ſemel utitur: vel potius, Homericus condimentis ſua non ſemel aſpergit. *Edit. Pariſ. pag. 222.*

In proœmium, de excellentia & utilitate Hiſtoriæ.

RATIO MULTA NOBIS ORNAMENTA COMPARAVIT.) Lege 1. Off. M. Tullii, ab illis verbis. *Homo autem qui rationis eſt particeps, conſequentia cernit*, &c. Admiratur idem præſtantiam, & divinitatem animi ex effectis ejus 1. Tuſcul. Unde, quæ maxime ad hunc locum pertinent, tranſcribemus. Quid, illa vis quæ tandem eſt, quæ inveſtigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur? ex hac ne tibi terrena mortalique natura & caduca concreta ea videtur? aut qui primus (quod ſummæ ſapientiæ Pythagoræ viſum eſt) omnibus rebus impoſuit nomina? aut qui diſſipatos homines congregavit, & ad ſocietatem vitæ convocavit? aut qui ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit? aut qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitutiones notavit? omnes magni: etiam ſuperiores, qui fruges, qui veſtitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præſidia contra feras invenerunt: a quibus manſuefacti, & exculti, a neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam & auribus oblectatio magna ex parte eſt inventa & temperata varietate & natura ſonorum, & aſtra ſuſpeximus, &c.

IN REGIAM ALCINOI REGIS ULYSSES.) Quæ hic de Ulyſſis hoſpitio apud Alcinoum Phæacum regem, & de narrationibus ejus tanguntur, quibus tantopere proceres convivas recreavit, ab Homero in Odyſſea lib. 8. 9. 10. 11. copioſe exponuntur. Quem Æneas lib. 2. & 3. Æneidos apud Maronem imitatur, dum ipſe quoque ſuos, ſuorumque caſus feſtivi ſime ſuper cœna, rogatu Didonis hoſpitæ ſuæ commemorat.

AURES CUM SERM. QUOD. DE REB. NOVIS ET ADMIR. TAMQUAM EPULIS ACCIPIUNTUR.) *Αἴχρυν γὰρ ἀκοὴ ἡ ἀκόρεστον, ἱστορίαν λόγων παραδόξων.* Eleganti, & ſuavi tralatione uſus eſt, a convivio ad aviditatem res novas, & admirabiles audiendi, a guſtatu ad auditionem. Sic Cicero in Topicis. Sed quoniam avidum hominem ad has diſcendi epulas recepi, ſic accipiam, ut reliquiarum potius ſit aliquid, quam te binc patiar non ſatia tum diſcedere. Sic Plato (cujus orationis cultum imitari Cic. conſuevit, in Phædro. *Τὶ δαὶ δὴ φῶμεν; ἢ δεῖλον ὅτι ἡμῖν λόγων ὑμὰς Λυσίου ἀκοῦσ'; Quæ erat igitur diſputatio? an certum, vos epulis ſermonum a Lyſia acceptis?* Plures locos ex Platone, & aliis, quibus *ἐπιθυμία*, & *ἰσθιειν* etiam ad animi cogitationes, & velut pabulum transferuntur, notarunt Budæus in Comment. & Victorius Variar. lect. lib. 2. cap. 14. rurſumque lib. 28. cap. 23.

QUAM OR CAUSSAM POETAS ERUDIT. PRINCIPES.) Quæ deinceps de præcipuis poetis afferuntur, qui fabulis iſis icite ornateque ſcriptis, mirabiliter hominum animos occuparint, Theologi habiti, & deorum familiares creditu fuerint, potiſſimum de Homero, & Heſiodo intelligenda opinor. Quorum ille dicitur a Suida *τῶν μετρίων καὶ ῥυθμῶν ἄρχων, ἕως μετὰ τοῦ ἑξαμέτρου πεζὸν λόγον ἐμμελῶς ἐξάγων καταστῆσαι, ἅπερ Ὅμηρος Ἀνέζεται τοῦτον, χρυσόγλωσσον, διδάσκαλον τέχνης, μέγαν ὑπὲρ πάντας.* Alterius tanta fuit veneratio, ut pueri verſus ipſius non ſecus quam apud nos Catechiſmum cogerentur ediſcere, Qui dum puer armenta paſceret, fertur amatus a Muſis, quæ illi laurum guſtandam dederint, unde vates evaſerit. Pindarus Apollini gratus fuiſſe perhibetur, adeo ut eorum munerum, quæ in ipſius Dei templo offerebantur, partem a Deo ſibi aſſignatam acciperet, in dieſque a ſacerdote ad cœnam vocaretur. Plinius lib. 7. c. 29. Obſidentibus, ait, Lacedæmoniis Athenarum urbem, Liber pater juſſit Sophoclem tragici cothurni principem ſepeliri, Lyſandro rege in quiete ſuprius admonito, ut pateretur humari delicias ſuas.

UT CESTUS, SEU CINGULIS AD DELECTAT. APPOSITIS.) Sine dubio ad *Κυπρίδος κεστὸν*, ad *Veneris cingulum* reſpicit, cujus ea vis & efficientia fuiſſe perhibetur, ut quemlibet in ſui amorem pelliceret. Vide adagia, *ceſtam habet Veneris*. Verba Græca auctoris ſunt, *οἷα κεστὸς διδασκαλίου τινὸς τὸ παράτυπον καθαιρίζων.* *pag. 223.*

HISTORIAM COMMUN. GEN. HUM. MAGISTRAM, &c.) Sequitur brevis illa quidem, ſed eximia hiſtoriæ laudatio: cujus ſingulæ partes ex tot encomiaſticis orationibus de ea ſcriptis, & recitatis facile illuſtrari poſſent, ſi res poſtularet. *ὑπολὶς ὑπόλογος* ſubtexitur, quo hiſtoricus magnopere extenuata facultate ſua, lectorum benevolentiam colligit, quemadmodumque hiſtoria bene ſcribatur, latenter monet.

IN LIBRUM PRIMUM.

AD CAPUT I.

JUXTA DOMUM, IN QUA. MULTI EX HERBIS.) *τὸ λεγόμενον οἰκίσκον* græce nominant. *στιβὰς* eſt culcita, quæ a calcando dictam Varro putat, quod in ea ſagum, aut tomentum, aut aliud calcabant. Stibades erant ut plurimum ſtramenta e frondibus teneris, calamis, culmis, arundinibus, juncis, aliis demum herbis, qualis caſtrenſis ſegeſtra, non ita diſſimile quiddam toro Latinorum. Ut enim Nonius habet ex Varrone, torus appellatus eſt ſtratum ex herba torta, & toral quod injiceretur. Deo juvenibus Spartanis Plutarchus lib.

de inſtitutis Lacooicis, *ἐκκαθεύδουσι οἱ νέοι ἐφ' ὑψηλῶν στιβάδων, ἐπάνω αὐτῶν τὰ στρώματα τιθέντες. Somnum capiebant juvenes ſimul ſuper torſis, quos ipſimet ex junicis, ſive arundinibus juxta Eurotam natis extruebant.* Xenophon *ἐκκαθεύδειν* lib. 7. *στιβάδας στρωσίμας*, id eſt, toros & ſtramenta ſibi acervantes, in quibus cubarent. Quamobrem *στιβάδες* erunt tori (ſcu lectiſtcroia, aut ſtramenta) in quibus humi ſtratis vel diſcumberent cœnaturi, vel cubarent dormiturl. Stibadia vocat Martialis, habebantque formam Græci figma, hoc modo, C & eſant menſis ſotundis accommodati lectuli accubitorli. Ego verbum obſcurius, & minus pleriſque notum, pluribus exprimendam cenſui. Heſychius quoque ſcribit fuiſſe *χαμαικοίτια* ſeu *στρώματα ἐπὶ γῆς βάλλειν, καὶ χλωρὸν, χόρτον, καὶ σκίμπους, ſtratum humi cubile e virgis, aut herbis viridibus, aut frondibus.* Satis jam, quid ſit *σκίμπους δὲ*, liquere opinor.

ALIÆME STIMUL. UT A QUINUS, &c. ALIÆ IPSO TRANSITU, &c.) Triſariam angitur Tiberius. Ut bonus & teip. amantiſſ. Imp. quem convenit ſolliciſam eſſe, cui moriturus eam veluti filiam ſuam deſpondeat, & quem ſibi tamquam generum aſciſcat, & relinquat. Ut probus Chriſtianus, cui cum omni tempore, tum vero in exitu vitæ *τὰ βιωτεύειν*, acta omnia præteritorum annorum, & judicis illius ſententia de ſe cam dolore ac timore cogitanda ſunt. Non enim reſpicit perſonam: ſed juſtum judicium judicat, & cuique mercedem reddit *prout geſſit in corpore ſuo, ſive bonum ſive malum*. Ut humaniſſimus demum pareus ac maritas ſuper uaore, & liberis. Potiores tameo ſibi eſſe primi, quam tertii generis curas affirmat, & publica privatis ameponit. Nam in illis hæc quoque, non autem in bis illa incluſa ſunt. Quis enim ſalvus eſſe poteſt perdita repub.

QUI AMPLA POTEST PRÆO. EOS PLURA ETIAM VITIA.) Pleramque quo magiſtratus poteſtas, dignitas, principaras eſt ampliot, hoc homines majorem ſibi licentiam improbe agendi conceſſam exiſtimant: & quo minus ultionem humanam cogunt ur metuere, eo audaelus exleſtem deſpiciunt. Quæris quæ ſint iſta plura vitia? ſuperbia, faſtus, luxus, ſtadium ventris & ſomni, divini cultus neglectio, otium iners, libidines iræ & furores, maledicentia tenuiorum oppreſſio & alia inſuper. Sæpe item, (quod miſerere) avaritia, quæ nec copia nec inopia minuitur, ar air Salluſtius. Optime anamquamque civitatem rectum lri dixit Solon, ſi principes & rectores ſecundam leges vixerint. Quia vero contra leges vivunt multi, ideo oeceſſe eſt eas male adminiſtrari. Iſocrates ad Nicoclem. *δίδακτα γάρ, ὅτι τοιαύτας ἕξουσι τὰς βασιλείας, οἵαπερ ἂν τοῖς ἀρχομένοις παρασκευάσωσιν. Certum eſt enim, quemadmodum ipſi ſuos animos excoluerint, ita etiam eorum regna eſſe habitura.* Edit. Pariſ. pag. 324.

HOMINEM REI ROM. OPPORTUNISS.) Genus & nomen Mauricium traxiſſe ab antiqua Roma, ob parentes, ex quibus proxime oriundus, Arabiſſum arbem Cappadociæ patriam agnoviſſe ſcribit Evagrius lib. 5. cap. 19. in quo item virtutes ejus diſerte commemorat. De ſignis, quæ ipſum Imperatorem fore indicarunt, item cap. 21.

IMPER. TUUM MIHI EPITAPHIUM.) In epitaphiis, epicediis, funebribus orationibus quo dicaras magoificentias, ſæpe ſapra verum, & adſolatium atque gratiam vivorum dicitur. Tiberius bonum Imp. defunctum ex bono ſucceſſore, quom delegerit, magis, quam allis epitaphiis ornari, commendatique cenſet. Nam ſicut filius ſapiens patri ſuo, ita hic deceſſori ſuo gloriæ & ornamento eſt: omneſque in deligendo ſammam prudentiam, & præclaram bene de repub. poſt obitum quoque merendi voluntatem prædicare numquam deſinant. Hæc faciunt poſita ab Evagrio lib. 5. cap. 22. Tiberius, tametſi ad eaigaum tempus io adminiſtrando Imperio ætatem propagavit, ramen pro rebus præclare a ſe geſtis tum immoctalem nomiois ſui memoriam, ram optimam reip. hereditatem, Mauricium nempe, quem Imp. declaraverat, reliquit, ac ſuum etiam nomen illi impertivit, ſiquidem Mauricium Tiberium appellavit.

IN POTESTAT. MAG. SUPERBIAM COHIBE.) Oratio iſta Tiberii ad Mauricium, & illa item Juſtini junioris ad Tiberium lib. 3. c. 22. optimorum præceptorum plenæ ſunt, dicique poſſunt *στρατηγικὰ βασιλικοί*, quslem Iſocrates ad Nicoclem regem Salamiuæ Cypri, Evagoræ filium conſcripſit. Comprimere ſpiritus vel in mediocri poteſtate difficile eſt: quanto difficilius in magna, in maxima, ac regali & Imperatoria? Non compreſſit Dioclet. Eo uſque enim io proſpero fortuoæ obſequio elatus inſolentiæ prodiit, ot ſe proDeo adorari voluerit. Homines ſe hami projicere, pedibus oſculum figere paſſus eſt: veſtes & calceos gemmis inſertis geſtavit. Idem aote eum poſt Perſic. victoriam Aleaand. fecit. Curtius l. 5. Juſtio. l. 12. Cõpreſſit tandam Seſoſtris Ægypti rea, de qao audiemus l. 6. c. ult. Compreſſit etiam Cyrus, verbis Cræſi, quem rogo jam jam crematarus erat, emendatus Herodotus l. 1. Non immerito itaque M. Tullius in Julio Cæſare non ſolum tantam manſuetudinem, tam inuſitatam, inauditamque clementiam, tam incredibilem ſapientiam, ſed etiam tantum in ſumma poteſtate rerum omnium admiratar.

PRINCIPATUS TUI NAVIM DIRIGE.) Idonea collatio navis eum repub. ſive Imperio, & principis cum gubernatore, & curarum, tarbarum oegotiorumque cum marioi fluctibus ac tempeſtatibus. Sic Cic. ep. ad Q. Corn. l. 12. navis nomioe autipſam rem. partem ejus ſignificavit. Quamobrem mi Quincte, cõſcende nobiſcum, & quidem ad puppim. Una navis eſt jam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamos: utinam proſpero curſu. Sed quicumque venti erunt, ars noſtra certe non deerit. Idem in Seatiana. Navis rei pub. fluitans in alto, tempeſtatibus ſeditionum & diſcordiarum. Et in Piſonem, Qui maximis turbioibus ac fluctibus reipub. oavim gubernaſſem.

CONARE A CIVIB. ET SUBDIT. DILIGI POTIUS QUAM TIMERI.) Præclares. Phili. M. Tolli Carum eſſe civibus, bene de repub mereri, laudari, coli, diligi glorioſum eſt. Metui vero, & in odio eſſe, invidioſum, deteſtabile, imbecillum, caduoam. Quod videmas etiam in fabulis ipſi illi, qui, *oderint dum metuant*, diaerit, periculoſam fuiſſe. Agapetus Diaconus libello aureolo ad Juſtinianum Auguſtum, quo Imperatorit officium perſequitur, *νόμιζε τότε βασιλέων ἀσφαλῶς, ὅταν ἑαυτὸν ἀνάγκαις θῇ ἀνθρώπων. τὸ γὰρ ἀκούσιον ὑποπτεύομεν, ἑκουσίῳ δὲ πειθὼ καλοῦμεν. σὺ δ' οὖν ἑαυτὸν τῇ θείᾳ δικαιοσύνῃ, βάλλων ἐχθροὺς τὸ κρατοῦν τίθει. Exiſtima tum demum te tuto regnare, cum volentibus hominibus imperas. Qui enim invito animo ſubjiciuntur, capta occaſione ſeditionibus fluctuant. Quæ vero vinculis benevolentiæ aſtringuntur, erga rectorem obedientiam ſtabilem conſervant.* Exſtat inſigne elogium Traiani apud Xiphil. Amari a civibus cupiebat magis, quam honore affici. Cum populo humaniter, cum ſenata honorifice verſabatur. Charus civibus, hoſti formidoloſus erat. pag. 325.

INSIGNEM, SPLENDIDAMQUE, &c.) Videotur felices ac beati, qui honores & magiſtratus gerunt: ut pote quibus aſſurgitar, ad nutum obeditur, priores abiqae concedantur, plura licent, nihil eahibetur moleſtiarum, adſunt perpetuo mioiſtri, dominorum natus etiam obſervantes, adſunt multa commoda, &c. ſed ſi quis rem virtuta metiatur, potius miſeri ſunt quam felices, & magis ipſi aliis ſerviunt, quam ſerviatur ipſis, propter innumeras curas, ſollicitudines, labores, negotia, quæ ſubditorum cauſſa ſuſtinent, & quos ipſos ne noctu quidem ſatis quieſcere patiuntur, aliumque remiſſius, alium vehementius, pro modo provinciæ exercent. Ut odia multorum in illos, & vitæ pericula omittam. Vide Hieronem Xenophontis. Inducitur apud Homerum 2. Iliad. Somnus Agamemnonem ita reprehendens.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἀνέρα,
ὯΙ λαοὶ ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.
Haud fas per totam Rectorem ſtertere noctem,
Cui populi, cui ſunt commiſſa negotia tanta.

Apud Perſas, ni fallor, erat qui regem quotidie his verbis expergefaceret. *ἀνάστα βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε ἐφ' οἷς ἐκοιμήθης. Surge Rex, & procura Rempub.* Huc pertineot etiam verſus Horatia ai ad Auguſtum, exord. epiſt. 2. lib. 2.

Cum tot ſubjiceas, et tanta negotia ſolus:
Res Italas armis tuteris, moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.

Senſit, credo, magnopere onus regium Magnus ille rex Aſiæ Antiochus. Qui a Scipione devictus, & Tauro tenus regnare juſſus, amiſſa omni Aſia, quæ tum

mana provincia erat facta, dicere eſt ſolitus, benigne ſibi a populo Romano factum, quod nimia magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Cicero pro Dejotaro. De Seleuco rege Plutarchus lib. num ſeni gerenda ſit reſp. dicere ſolitum, ſi noviſſent multi, quam ſit operoſum ac moleſtum, tot dumtaxat litteras ſcribere legereque, diadema etiam abjectum ante pedes non ſublataros.

AD CAPUT II.

TEMPORA IMPIA, &c.) Tempora Phocæ, qui circiter octo annos imperavit ſceleratiſſime. A tribus conſpiratis Heracleone, Heraclio, (qui poſtea ſucceſſit in Imperio) & Priſco interfectus eſt. Tyrannum Calydonium in dialogo, & in octavo ſæpius tyrannum, & proterviſſimum centaurum, & ſemibarbarum nominat. Interpretationis & perſpicuitatis cauſſa τῷ τυραννίσαντι illa verba adjecimus (*imperium te vivo tyranni non invadunt.*) Mautitil enim temporibus invaſit illud Phocas. Quaſi dicat. *Tu in pace colligeris ad patres tuos: nec videbunt oculi tui mala, quæ huic loco facturus ſum*, ut Scriptura ſacra loquitur. Quod autem hæc verba angeli, *tyranni imperii tui temporibus non evitabunt:* ſeu ut nos vertimus, *tempora impia, & tyrannica te imperante venient*, quidam eruditiſſimus vir hunc ſenſum continere putat, Tiberium poſt obitum conſecutum Imperium pacificum ac perenne, ubi nullus erit timendus, qui illud auferat, tyrannus, cœli videlicet principatum, in quo cum Chriſto regnant omnes ſancti ejus, veteor ut ea explanatio ſtare poſſit.

QUAMTUMVIS IMP. LEGI NATURÆ COMMUNI OBSECUTUS, &c.) Pulſat enim pallida mors æque regum turres, ut pauperum tabernas, ut Horat. ait, Ode 4. lib. 2. Socratea, ſive Anaxagotas cuidam dicenti, Athenienſes te morti adjudicarunt, reſpondit, & illos natura. Hoc volebat, neminem ſemper victurum, quamvis ei vita per cruciatum non extorqueatur. Obſervet lector, quam multis, & quam venuſte mortem, ſive diſceſſum e vita optimi Imp. eitcumloquitur Simocatta. Etenim non conzenrus dixiſſe, eum legi naturæ communi obſecutum eſſe, quod ſatis quid eſſet inteiligebatur: addit nihilominas, *& hac onerosa, terreuaque tuuicula exuus, & tamquam e taberuaculo ſuo liber egreſſus, eſſe inter homines deſuit*. Sunt enim modi, quibus res alioqui formidabilis & triſtis, mora videlicet, extenuetur, & mitigetur. Ex Cicerone occurrunt; vinculis corporis laxari: e corporis cuſtodia evolare: ex hac turba, & colluvione diſcedere: ex bis tenebris in lucem illam excedere ad illud divinum animorum concilium, cœtumque proficiſci. Sacræ Scripturæ ſunt, apponi ad patres ſuos, ad populum ſuum: dormire cum patribus ſuis, obdormire in Domino. Corpus humanum vocant tabernaculum, Paulus 2. Cor. 5. Et Petrus ep. 2. c. 1. Tunicam videtur quoque Paulus nominaſſe, dum ait, 2. Cor. 5. *Eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperveſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt a vita*. Ibidem verbis antecedentibus terreſtrem domum nominat. Regnavit autem Tiberius per ſe ſolum annos quatuor: cum Juſtino aurem annos tres, & menſes undecim.

Edit. Pariſ. pag. 226.

INCISIS LACRYMAR. &c.) Ubertimum fletum duabus mataphoris ſignificantiſſimis expreſſit. —— *Largoque humeſtat flumine vultum*. inquit Virgilius 1. Æneid. & 2. —— *Largoſque effundere fletus*. Effundere vim lacrymarum, Cicero. Quo magis mirandum, venas iſtas, & hæc flumina tam citomanare deſiiſſe. Eo ipſo ſiquidem die deflerunt. Sed enim nihil lacryma citius areſcit; præſertim in alienis malis, ut aiunt Rhetores. Solvebant ergo Conſtantinopolitani quoque bono principi ſuo ſtipendiarias lacrymas. Omnes non tamquam Imperatorem ſibi, ſed tamquam parentem publicum obitſa, domeſtico fletu doloris illacrymabant, ſunque omnes funera dolebant, ut ſcriptum eſt a D. Ambr. conc. de ob. Valent. Cur a populo diligeretur tantopere Tiberius, poteris cognoſcere ex Evagr. l. 5. c. 13. Laudat eumdem præclare hiſtoricus noſter l. 3. c. 16.

AD CAPUT III.

PRINCEPS CHAGANUS, &c.) Vocabulum iſtuc *Chaganus*, appellativum eſt, quo Principes ſuos Hunni afficiebant: Etiam Perſæ ducem militum Catdarigan nominabant, ut toties in hac hiſtoria videre licet. Similiter aliæ gentes, & olim, & hodie reges ac priocipes ſuos certis nominibus & honorabant, & honorant. Quis non legit Ægyptiorum Phataones, Ptolemæos, Sultanos, Perſarum Sophos, Tutcarum item Sultanos, Tartarorum Chamos, Valachorum Vaivodas, Romanorum Auguſtos? Animadvertenda bajus barbari cutioſitas, ſuperbia, avariria, Romanorumque (ſeu Græcorum) miſera ſervitus, quos ad libidinem belluæ hujus tributa pendere, & quæ mandatet facere citra detrectationem oporrait. Quam rem hiſtoticus non injaria deplorat. Nobis Germanis (Imperio Romano, inquam) an non idem pene multis annis evenit, quibus Othomanico tyrannico grandem pecuniæ ſummam, & lectos aureos, hoc eſt, pretioſa ex auro & argento munera mittere ad pacem redimendam expulſi ſumus?

UTRUM QUIA, &c.) Haud eſt veriſimile, conteto piſſa elephantam, & quidem omnium, quos Mauritius habebat præſtantiſſimum. Credibilius eſt, vaſtitate & mole illius inopinata obſtupuiſſe, ac perculſum eſſe. Vulpes apud Æſopum cum incidiſſet in camelum, quem numquam antea viderat, ita ejus proceritate corporis coborruit ac rimnit, ut pene morereiur. Iterum poſtea cum videtet, timuit quidem, at non tantum. Tertio aſpectu adeo non timuit, ut & accedere, & conſabuiari audetet. Docet fabella, tetrifica quæ ſunt, conſuetudine familiaria fieri. Sic Chaganus, ſi elephantum vidiſſet ſæpius, minus minuſque obſtupuiſſet: quin & tergum ejus conſcendere, & ex eo pugnare non dubitaſſet.

MOLEST. EXHIBUIT DE LECTO AUREO) κλίνῃ χρυσῇ apud Cedrenũ hac eadem de re loquentem, vertit interpres, *calcitram auream*. Plus fuiſſe puto, *pag. 227.* & intelligendum talem lectum, ſeu lectulum, ſeu grabbarulum, quales Germanis *Raſtbettlin* dicuntur. De lecto diſcubitorio nolim accipere: ſed de eo, in quo meridiari ſolemus, & quem Germanico vocabulo jam expreſſi.

AD CAPUT IV.

NEGLIGIT CUSTODIAM PAX, NEC IN. FUT. PROSPICIT) Cum ex pace bellum, & ex bello pax naſcatur: ſieur tempore belli de pace cogitandum (ſi quidem finis, & ſcopus belli eſt) ita temporibus pacificis bellum timendum, & idcirco adhibenda cuſtodia, nec exſpectandum donec boſtis ante portas ſit, aut acies mutum percuſſerit. Sero enim ſapient Phryges. Etiam ſecuriſſimis temporibus boſtes metuendos eſſe multi ſuo exemplo docuerunt. Iphicrates Athenienſium dux etiam in amicorum regionis caſtra communiebar.

CADMEA, UT DICITUR REPORTATA VICTORIA) Plutarchus libro περὶ πολυπραγμοσύνης priſcis Cadmeam victoriam ſcribir appellaram, quæ fuit fratrum (Etheoclis, & Polymicis) apud Thebas, a Cadmo conditas, ut turpiſſimam atque miſerrimam. Idem libello de educatione liberorum ollendit, Cadmeam dici victoriam, quoties præſtat vinci, quam vincere.

LATINI SCRIBONEM DICUNT) E cuſtodibus, ſeu ſtipatoribus imperatoriis, primarium facit Scribonem Simocatta, & ira intelligit Suidas, cujus ſunt hæc verba, Σκηβίων ὁ Δουκίου ὁ τῆς σωματοφυλακίας ἡγησάμενος. Quæ quidem gemina penu ſunt Simocatticis: ſic enim ille, paulo pluribus licet. καὶ Καπετώλιον, ὅτε μὲν τῆς σωματοφυλακίας τοῦ βασιλέως ἡγησάμενον, ὃν Σκηβίωνα τῷ Δικτιλίῳ φασὶ Ῥωμαῖοι καταμιμήσασθαι. Agathias hb. hiſt. 3. paulo aliter uſurpat, pro caſtode ſeu excubitore palatii, inquit enim οἱ δὲ γε ἐκ τῶν ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, ὃν δὴ Σκηβίωνα ἐκάλουν. At Leo Imp. conſtit. 3. eoſdem eſſa dicit qui aliquando δεκουβίτους. Subjiciam verba: Δεκουβίτους δὲ φρουροφόρους τοὺς, οὓς καὶ νῦν μετονομάσαντες Σκηβίωνας,

ἐ τοὺς παρασκευάζοντας τῇ παρατάξει, τοὺς δὲ τῷ μάχῃ χρησομένους ἀναλαμβάνοντας οἱ ἱππεῖς, καὶ τοὺς τοιούτους. *Qui olim Deputati, nunc Scribones, ſequuntur exercitum, & in prælio vulneratos reſcinunt ut vulnerarii, & ſervant.* Deputati erant, hoc eſt ſelecti, minus locupleres qui ſanctos in prælio obligabant, aut collapſos ab equis erigebant, aut laborantes e certamine aſportabant. Pro ſingulis militibus ſervatis ſingulos nummos accipiebant. Hæc propemodum Rigaltius in Gloſſario σκαπτικῷ.

LONGUM MURUM DEJECTURUM) De hoc ponam ad verbum, quæ ſunt apud Petrum Gyllium in Topographia Conſtantinopolis lib. 1. cap. 21. Suburbana prædia Conſtantinopoleos muris iongis claudebantur, iter duorum dierum, quos a Ponto Euxino ad Selybriam, ſitam in littore Propontidis, diſtantes. nb urbe quadraginta millia paſſuum, latos viginti pedes Romanos, Anaſtaſius Imp. condidit contra impetum Bulgarorum, & Scytharum. Eos muros a barbaris ſæpe captos, & multis locis everſos, Juſtinianus reſtituit. Et ut facilius milites præſidiarii muros tueri poſſent, exiens turrium patentes in alias turres obſtruxit, ſinguliſque aſcenſum a ſolo reliquie patentem unicum, qaem ſolum ſingularum turrium milites contra hoſtes etiam intra muros verſantes tueri poſſent. Evagrius murum longum nuncuparum tradit excitaſſe Anaſtaſium, qui diſtaret a Conſtantinopoli ducenta & octoginta ſtadia, utrumque mare attingens, longus quadraginta & viginti ſtadia, velut fretum quoddam efficiens, & Conſtantinopolim paevam inſulam pro peninſula reddens, volentes tranſire ex Ponto in Propontidem tutos præſtans, & prohibens excurrentes barbaros ex Ponto Euxino, & Colchis & Mæotide, & Caucaſo effuſos in Europam. Vide Zonaram in Mauticio, & Nicephorum lib. 16. cap. 39.

AD CAPUT V.

Edit Pariſ. pag. 228.

OCULUS JUST. CÆCUS EST, PEDES PROVIDENTIÆ CLAUDICANT.) Car hoc dicat, & de quo dicat, ſequentibus verbis ſtatim demonſtrat: quia nimirum perjurii pœnas Deus ab eo non expoſcat. Videtur Deus non videre hominum ſcelera, nec juſtus eſſe, cum ea non punit: & claudicare quodammodo, cum tardius punit. *Sed altiſſimus eſt patiens redditor, & benignitas Dei homines ad pœnitentiam exſpectat.* Lento pede, inquit Cæſar, divina ultio procedit, tarditatem jue ſupplicii gravitate compenſat. Proverbium, dil laneos habent pedes, indicat divinum numen etſi lente ad pœnas ſumendas procedat, nonnumquam tamen inopinato ſupplicium infligere omnino verum eſt, quod ait Hor. Od. 2. lib. 3.

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Tibullus eleg. 4.

Ah miſer! & ſi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Dicitur item adagio, *Δίκης ὀφθαλμὸς, juſtitiæ oculus*, de judice, aut ipſo judicio ſinceris & incorruptis. Sed nihil impedit, quin de Deo accipiatur, qui & juſtus, & totus oculus eſt: videt enim omnia. Et de ipſo loquitur Senarius hic.

Εσὶ δίκης ὀφθαλμὸς ἴσος πάντ' ἰδεῖν.
Eſt oculus æquitatis omnia intuens.

Cenſeo præterea alluſum ad illud Homeri, in Βατραχ. ἴχα Θεὸς ἰδὼν ὄμμα. *habet Deus vindicem oculum.*

GENTEM BELLICOSISSIMAM.) Salluſtius in Catilinario de vetetibus illis Romanis. At Romani domi militiæque intenti, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obviam ire, libertatem, patriam, pareneſque armis tegere. Poſt, ubi pericula virtute propulerant, ſocis atque amicis auxilia portabant. Infra. Jam primum juventus, ſimul ac belli patiens erac, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat: magiſque in decoris armis, & militaribus equis, quam in ſcortis atque conviviis libidinem habebat. Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper, aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus. Et rurſum. Memorare poſſem quibus in locis maximas hoſtium copias pop. Rom. parva mana fuderit, quas urbes natura munitas pugnando cœperit. Cic. 1. Taſcul. eos cum virtute, tam diſciplina in re militari multum valuiſſe teſtatur.

IMPERIUM OMNIBUS LINGUIS CELEBRATUM) Quis tandem ſcriptorum hoc Imperium, hanc rempublicam non aliquando laudavit? quis potentiam & magnitudinem, leges, inſtituta, & mores non prædicavit? Paucos eoſque primæ claſſis adducam, & in primis vatem maximum, cujus illa ſunt 1. Æneid.

His ego nec metas rerum nec tempora pono.
Imperium ſine fine dedi, &c.

Lib. 6. *Tu regere imperio populos Romane memento,*
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Cic. Philip. 3. nos principes terrarum, omniumque gentium. Et 1. Tuſc. Jam illa quæ natura, non literis aſſecuti ſunt, neque cum Græcis, neque alla cum gente ſunt conferenda. Quæ enim tanta gravitas, quæ tanta conſtantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in allis ſuit, ut ſit cum majoribus noſtris comparanda? Halicarnaſſæus proœm. Antiq. Romanos omnibus civitatibus, & gentibus rerum geſtarum, & imperii magnitudine ac diaturnitate antecelluiſſe confirmat. Poſſem eſſe in hoc argumento longior: Sed hic non eſt locus. Vide laudationem Romæ apud Ariſtidem Sophiſtam, & Admiranda Lipſii. *pag. 229.*

QUORUM EST VENERANDA EFFICACITAS.) Quomodo non veneranda, ſi, ut Ovid. habet.

Munera, crede mihi, placant hominesque deoſque,
Placatus donis Jupiter ipſe datis.

Excæcant præterea *oculos ſapientum, & pervertunt verba juſtorum*, ait divina ſcriptura: quæ ſi non veneranda, certe magna efficacitas eſt. Adverſus ea nihil valet ulla eloquentia. Hæc magna profecto potentia, & efficiendi vis eſt.

Χρυσὸν πολλοῖσιν, ὃς ὀφθαλμὸν λόγου,
Πείθων γὰρ ἄγει καὶ τὸ τραχὺ μὴ λεῖον.
Auro loquente, ratio quævis irrita eſt,
Suadere quondam novit & loquens nihil.

ARBORI ROBUSTÆ, EXCELSÆ, FRONDOSÆ, &c.) Similiter de Æſculo Virgilius locutus eſt Georg. 2.

Æſculus in primis, quæ quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres
Convellunt: immota manet, multoſque per annos
Multa virum volvens durando ſæcula vincit.
Tum forte late ramos, & brachia tendens
Hinc illinc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.

Imperium Romanum ad ejus firmitatem ſtabilitatemque ſignificandam Simocatta arbori altiſſimis radicibus hærenti, robaſtæ, ſublimi, frondoſæ, &c. πανεύκῳ comparat. Sic certe idem Virgilius Trojanam urbem cum orno. Sed illam ornum Græci velut agricolæ certatim bipennibus inſtantes excideruntt.

Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum,
&c.

In 4. item inepognabilem Æneæ conſtantiam adverſus blandimenta muliebria per quercum annoſam declarat, quam Alpini Boreæ.

——— nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certunt: it ſtridor: & alte
Conſternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes.
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit.

AD CAPUT VI.

CHAGANO SANGUIS EFFERVESCERE.) Egregia hominis inſane iraſcentis deſcriptio. Qualis eſt etiam apud Virgil. lib. 12. Æneid. in Turno.

His agitur furiis, totoque ardentis in ore
Scintillæ abſiliunt, oculis micat acribus ignis.

Huc mihi videtur facere locus M. Tullii 1. Off. Licet ora ipſa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt. quorum omnium vultus, voces, motus, ſtatuſque mutantur. Ovid. 3. Artis.

Ora tument iræ, nigreſcunt ſanguine venæ,

Lumina Gorgoneo ſævius ægne micant.

Cum autem homines immodeſtius, & effrænatius iraſcentes leonibus, tautis, aliiſque beſtiis imanioribus conferri ſoleant, ſciendum, D. Gregor. Nyſſenum tales cum energumenis, ſeu dæmoniacis & obſeſſis comparaviſſe libro de octo beatitudinibus, qui locus a me adductus eſt in Symbolis, ad illa verba in principio libri.

Attollitque animos, Pœnorum qualis in arvis
Tum demum movet arma leo, &c.

SPRETA LEGATORUM REVERENTIA BARBAR. ILLUM IN CARCEREM.) Jus legationis ſanctum, & legationes maximæ dignationis, & legati ſacroſancti, inviolabiles apud omnes gentes ſemper fuerunt. Cicero orat. de haruſp. reſponſis, jus legationum humano divinoque vallatum præſidio dicit. Idem Vetrin 3. nomen legati ejuſmodi eſſe debere, quod ooa modo inter ſociorum jura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume veſtetur. Euſtathius in 7. Iliad. memorat caduceatores medium quoddam genus inter deos & homines: id eſt, pene divinos, & hominibus auguſtiores exiſtimatos: nec niſi a Leſtrygonibus, Cyclopibus, aliiſque, qui fas non norunt, de iiſdem aliter cogitatum. Quare inter Leſtrygonas, & Cyclopas hunc Chaganum barbariſſimum nunc esse par eſt. Homero nuntii Jovis atque hominum dicuntur.

Edit. Pariſ. pag. 230.

AD CAPUT VII.

QUAM ROM. PRÆSENTII NOM. IS EST HONOR DUCUM MILIT.) Lib. 8. cap. 13. dicitur idem eſſe qui Domeſticus, quod tamen non eſt nomen honoris ducum militarium: & de eo in Cantacuzeni hiſtoriam ante initium diſſeruimus, ut etiam de aliis muneris palatii Conſtantinopolitani officiis. Quamquam lib. 8. non præſentibus ſcriptum eſt, & dicitur Petro fuiſſe a conſiliis.

AD CAPUT VIII.

RELEGAT IN CHALCITID. INSULAM.) Hanc Stephanus vocat Demoneſum. Deſcribitur a Gyllio in Boſporo Thracio, lib. 3. cap. 14.

AD CAPUT X.

PATREM SUUM PAULUM, QUI NUPER CONSTANTINOP.) Ad nuptias ſuas Mauricium utrumque parentem, canitie decoros, & rugis plane venerandos, fratres item pulchritudine & forma eximios advocavit. Evagr. lib. 6. cap. 1. Io quo earumdem nuptiarum celebritatem & magnificentiam deſcribit. Ex ejus hiſtoria eccleſiaſtica nonumquam hanc ce noſtram de Mauricio illuſtrabimus, etſi non niſi ad annum imperii ejus duodecimum pervenit: cujus parentes novit, & cum iis colloquutus eſt. Nec quemquam Evagrio priorem res Maurlcii attigiſſe opinor.

IN CIRCUITU PRIMOR. ET MAG. IMPP. SIMULACRA) Veteres in hariolis, & aliis locis clarorum virorum imagines, & ſtatuas collocabant, non admirationis & honoris cauſſa tantum: ſed ut earum aſpectu ad imitationem illorum ſeſe excitarent. Hoc laudabile eſt, & inſigne domus ornamentum. Merito autem in cubiculo Imperatorio Imperatorum ſtatuæ viſebantur. Quid ergo hic de illis Chriſtianis dicam, quos icones & ſimulacra non incepta tantum, ſed etiam fœda & inhoneſta, non in conclavibus modo, ſed in ipſis cubiculis delectant? Clemens Alexandrinus Adhortat. ad gentes, poſtquam egit de impudicis imaginibus, quas quidam etiam in cubiculis ponebant, & publice Græci habebant, harum non ſolum uſus, inquit, ſed etiam aſpectus & auditus deponendam eſſe memoriam, vobis nontiamus. Scortatæ ſunt aures veſtræ, fornicati ſunt oculi: & quod eſt magis novum, ante complexum veſtri adulterium admiſerunt aſpectus.

SPONSIS PATERAM MERI PLENAM PORRIGIT) De hoc vide, ſi placet, Euchologium Græcorum, item, quod ſequitur, de ſertis a ſacerdote ſponſo & ſponſæ imponi ſolitis, & de annulis aureo & argenteo, quæ cærimoniæ & precationes adhiberentur. Octavo autem die ſerta illa nuptialia manu ſacerdotis, cum ſolemni deprecatiuncula deponebantur. Quoniam vero privati non erant Mauricius & Conſtantina, ſertorum loco patriarcha illis coronas imperatorias impoſuit, quæ *ἀκολουθίαν στεφανώματος officium ſertorum impoſitionis* ibidem vocatur.

AD CAPUT XI.

ANTISTITI HERACLEÆ, QUÆ OLIM PERINTHUS.) Poſtquam Conſtantinus ex Byzantio fecit Conſtantinopolim, Perinthus antea vicus, dicta eſt Heraclea, cujus Metropolita ab antiquo jus habet patriarchæ eligendi. Veterum quippe Imperatorum privilegia abolere noluit (nam Severus Imp. Byzantium a Peſcennio Nigro occupatum, illo oppido diruerat, & urbe in viel formam redacta, agrum Perintho ſubjecerat.) Quare etiam in ſubſcriptionibus litterarum Patriarcham proxime Heracleenſis ſequitur. In Turcogræcia talis profertur ejus ſubſcriptio: *ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἡρακλείας, ἀφιέρωτος καὶ ὑπερτίμων, καὶ ἔξαρχος πάσης Θρᾴκης, καὶ Μακεδονίας. Humilis Metropolita Heracleæ, præſes præſentium, & Exarchus totius Thraciæ, & Macedoniæ.* ὑπερτίμων enim titulus fuit Metropolitarum, & Heracleenſis, ἀφιέρωτος καὶ ὑπερτίμων. ut Cæſareæ Cappadociæ ὑπέρτιμος καὶ ὑπερτίμων. Exarchus porro eſt veluti vicarius, aut legatus patriarchæ, uti apud nos legatus ſedis Apoſtolicæ dicitur. Petimbus, ut Tzetzes narrat, etiam Mygdonia ab Hercule vocata eſt. *pag. 231.*

S. GLYCERIÆ MARTYRIS.) Sub Antonino Imp. & Sabino præſide Trajanopoli martyrio functa eſt. Io Menæis 3. Id. Maii ce rtamen ejus deſcribitur.

QUOD PURUM EST, NON DEBET IMPURUM CONTINGERE.) *τῷ ἀγνῷ, τὸ ἀκάθαρτον, τὸ μὴ καθαρὸν οὐ δίκαιον ἁψάσθαι.* Scutemiam hanc profani alicujus ſcriptoris eſſe, ipſe hiſtoricus fatetur. Cujus autem ſit, alius me in bonis auctoribus magis verſatus conjiciat.

MAURICIOS AD SONTES CAP. PUN. LANGUIDIOR.) Iſte Imp. præter cæteros omnes, inquit Evagrius lib. 6. cap. 2. operam dabat, ut nullius ſanguis, qui læſæ majeſtatis reus eſſet, omnino funderetur. Id prolatis aliquot exemplis probat. Plutarchus alicubi. Muſicus chordas diſſonantes non ſtatim abjicit & incidit: ſed ſenſim intendens aut remittens ad concentum adducit. Ita princeps leniter emendabit peccantes, non protinus tollet. Verumtamen ſceleris atrocitas hanc lenitatem interdum excludit: & ne malum ſerpat, ſeverioribus exemplis ſtatuendis providendum eſt. Sic faciebat M. Antonius cognomento philoſophus. Mos ejus, inquit Capitolinus, ut omnia crimina minore ſupplicio, quam legibus plecti ſolent, puniret: quamvis nonnumquam contra manifeſtos, & gravium criminum reos inexorabilis permaneret.

AD CAPUT XII.

ENCÆNIORUM, SEU DEDICATÆ URB. ANNIVERS. DIE.) Conſtantinus Magnus ordinata republurbem novam jam ad egregiam ædificiorum ſpeciem perductam, ſolemni cærimonia, advocatis Orientis Epiſcopis conſectandam, ac Deo & B. Virgini dedicandam curavit, eamque novam Romam, & Conſtantinopolim appellavit, atque ad dignitatem urbi addendam, eccleſiam ejus ad honorem patriarcharus evexit. Dedicata eſt V. Id. Majas, & eum diem *γενέθλιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως* Græci vocant in Menæis, diem natalem Conſtantinopoleos.

IMPENDENTIS FORMID. EXITU, TEMPLA UNIVERSI CONCURSAB.) In ethnicis, & Chriſtianis litteris multa hujus rei exempla legimus. Eſt enim ſolemne mortalibus, in magnis malis & calamitatibus ad Deum cæleſteſque exitii cauſa confugere. In bonis autem, & rerum proſperitate eorum vix recordari. *Multiplicatæ ſunt*, inquit David, *infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt.* Et rurſum: *Cum occideret eos, revertebantur ad eum.* Qua de re pulchre diſertiſſimus Lactantius lib. 5. c. 1. in hunc modum. Nam tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis ejus fruentes, honorem dare divinæ indulgentiæ deberent. At vero ſi qua neceſſitas gravis preſſerit, tum demum recor-

Edit. Pariſ. pag. 232. dantur: ſi belli terror infremuit, ſi morborum peſtifera vis incubuit, ſi alimenta frugibus ſonga ſiccitas denegaverit, ſi ſæva tempeſtas, ſi grando ingruerit, ad Deum confugitur, a Deo petitur auxilium, Deus, ut ſubveniat, otatur. Si quis in mari vento ſæviente jactatur, hunc invocat: ſi quis aliqua vi afflictatur, hunc protinus implorat: ſi quis ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus, victum precibus expoſcit, Deum ſolum obteſtatur, & per ejus divinum atque amicum numen hominum ſibi miſericordiam quærit. Numquam igitur Dei meminerunt, niſi dum in malis ſunt. In libro Judith, audito infeſto Holoſernis adventu, ſic legimus de Bethulienſibus. *Et clamavit omnis populus ad dominum inſtanter magna, et humiliaverunt animas ſuas in jejuniis, & orationibus, ipſi & mulieres eorum. Et induerunt ſe ſacerdotes cilicio, & infantes proſtraverunt contra faciem templi domini, & altare domini operuerunt cilicio, & clamaverunt ad dominum Deum Iſrael unanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & uxores eorum in diviſionem, et civitates eorum in exterminium, et ſancta eorum in pollutionem, et fieret opprobrium gentibus.* Salluſtius in Conjurat. Catilinæ. Ad hoc mulieres, quibus pro magnitudine belli timor inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe, manus ſupplices ad cælum tendere: miſerari parvos liberos, rogitare, omnia pavere, ſuperbia atque delicis omiſſis, ſibi patriæque diffidere, & 1. Æneid.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant,
Suppliciter triſtes, et tunſæ pectora palmis.

Et lib. 11.

Nec non ad templum, ſummaſque ad Palladis arces
Subvehitur magna matrum regina caterva,
Dona ferens: juxtaque comes Lavinia virgo
Cauſſa mali tanti, &c.

NON EQUI, NON MULI, SED HOMINES TRAHEB.) Honoris ampliſſimi cauſſa videlicet, quod per ſe patet. Itaque non ſolum mulis & equis, ſed etiam leonibus (a quibus quorundam currus tractos eſſe legimus) nobiliores iſti, ut ita dicam, tractores ſunt. Seſoſtris autem Ægyptii regis currus, ne poſtea videbis, lib. 6. cap. 11. a quatuor barbaris regibus trahebatur. Tantus erat hominis faſtus.

AD CAPUT XIV.

ARTES BELLICAS EX VET. SCRIPT. MONUMENT. Venit in mentem Luculli, de quo Cicero in Academicis. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. Itaque cum totum iter, & navigationem conſumpſiſſet partim in percontando a peritis, partim in rebus geſtis legendis, in Aſiam factus Imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis. Philippicus igitur qui artes belli cas ex veterum ſcriptorum monumentis hauſit, hunc potiſſimum imitatus videtur. Alphonſus rex Neapolitanus in expeditionibus ſemper habuiſſe apud ſe, & lectitaſſe Livium ſcribitur.

P. SCIPIONIS BELLI DUCIS OMNIUM PRÆSTANTISS.) Exiſtimo poſteriorem Scip. Africanum accipiendum, qui alias Æmilianus, & Numantinus. De eo, & ejus avo (a cujus ſcilicet filio adoptatus eſt) Virg. 2. Georg. in laudibus Italiæ. *Scipiadas duras bello.* Eoſdem *duo fulmina belli, cladem Libyæ* in ſexto appellat. Manil. *Scipiadæque ducis, fatum Charthaginis unum.*

IN VITA SANCTE AGUNDA PHILOSOPHANTIUM) Frequentiſſime Græci ſcriptores ſacri inſtitutum vitæ monaſticum φιλοσοφίαν nominant, & monachos ajunt φιλοσοφεῖν. Nam cum Philoſophia ſit amor ſive ſtudium ſapientiæ, & philoſophi ſapientiæ ſtudioſi, & *ſapientiæ*, quæ de ſurſum eſt, ſit multo verior ſapientia, quam ab humaniis ingeniis profecta (*ſapientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum*) multo verius boni monachi & religioſi, quam Platonei, & Ariſtoteles Philoſophi, & philoſophari dici poſſunt. In verbis paucis apud Simocattam ſequentibus, egregiam monachiſmi commendationem nota. Inſaniunt illi quidem, ad meliora, id eſt, ad cæleſtia enitentes: ſed illa eſt ſapiens & ſobria inſania. Simile quiddam S. Ambroſius hymno quodam: *Læti bibamus ſobriam ebrietatem ſpiritus.* De voce φροντιστήριον multa a me dicta ſunt annotat. in dialog. 3. voluminis primi dialogorum. Cum ſit proprie ſchola, tamen teſte Svida etiam pro monaſterio ponitur. pag. 3.

AD CAPUT XV.

REGIA RES EST PACIS STUDIUM) Magis pacis fruendæ quam belli gerendi cauſſa ab initio reges creati ſunt: ſi quidem non niſi propter pacem bellum. Et paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, modis omnibus conſulendum eſt. Præclare ſcriptum erat a M. Tullio 1. Off. Nam cum ſint duo genera decertandi: unum per diſceptationem, alterum per vim: cumque illud proprium ſit hominum, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore. Quare ſuſcipienda quidem bella ſunt ob eam cauſſam, ut ſine injuria in pace vivatur: parta autem victoria conſervandi ſunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt.

HUMANARUMQUE MISERIARUM AUCTOREM.) Non inſerte bellum vitupetatur hoc capite. Tibullus etiam feſtive lib. 1. eleg. 10.

Quis fuit, horrendos primum qui protulit enſes?
Quam ferus, & vere ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc brevior diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit: nos ad mala noſtra
Verſimus in ſævas quod dedit ille feras, &c.

IN LIBRUM SECUNDUM.

AD CAPUT II.

NEMPE PROPTER DIEI DOMINICI VENERAT.) Laudat hunc diem hebdomadis S. Ignatius epiſtola 3. quæ ad Magneſianos, in hunc modum. Ἐκ μιᾶ τῶν σαββατίζουσα ἱστορία ζῶσα πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακὴν, ἣν καὶ ἀναστάσιμον ὁ κύριος ἐκάλεσεν, ἐν ᾗ καὶ ἀνέτειλε τὸ ἡμέτερον ζωὴν καὶ τὸν θάνατον κατ' αὐτοῦ νικήσαντος, ἐν τῷ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῖν ἀνέτειλεν, καὶ τὸ διὰ τοῦτο γεγονὸς νίκος ἐν Χριστῷ, &c. *At poſt ſabbatum omnis Chriſti amator dominicum celebret diem, diem reſurrectioni conſecratam dominicæ, reginam & principem omnium dierum; quam expectans propheta dicebat, in octavo pro octava. In qua & vita noſtra exorta eſt, & per Chriſtum mors devicta,* &c. Ejuſdē diei laudes ſummatim recenſui annotat. in progymnaſma latinitatis 76. ſecundæ tertii, ex Comment. Benedict. Pererii in Geneſim.

AD CAPUT III.

PHILIPPICUS DEI HOMINISQUE EFFIG. CIRCUMFERT.) Non eſt contemnendum hoc genus pietatis, & modus hic excitandi animos, demonſtrandis, circumferendis, ingerendis, præferendis Salvatoris, Deiparæ, divorumque imaginibus, ſtatuis, monumentis, reliquiis, quem Chriſti eccleſia inde ab exordio uſque ad hæc tempora ſemper celebravit. Ἀχειροποίητον a Græcis dicitur imago, quam Abagaro Edeſſæ regulo Chriſtus miſit, de qua plures, nec contemnendi auctores. Aliis omiſſis, Joannes Damaſcenus de fide Orthodoxa lib. 4. cap. 17. hiſtoriæ quoque proditum eſt, inquit, cum Abagarus Edeſſæ rex eo nomine pictorem miſiſſet, ut domini imaginem exprimeret: neque id pictor ob ſplendorem ex ipſius vultu manantem conſequi potuiſſet, dominum ipſum divinæ ſuæ, ac vivificæ faciei pallium admoviſſe, imaginemque ſuam ei impreſſiſſe: ſicque illud ad Abagarum, ut ipſius deſiderio ſatisfaceret, miſiſſe. Plura apud Baronium Annal. tomo 1. Eam anniverſaria memoria XVI. Kalend. Septemb. coli ſolitam patet ex Menæis, ubi ſic ſcriptum eſt. Ἐν τῇ Ἐδέσσῃ ἀνακομιδὴ τῆς ἀχειροποιήτου εἰκόνος, ἥν ποτε ὁ ἁγιοπρόπολις τοῦ κυρίου ἐπὶ Χριστῷ. *Reportatio ex Edeſſa imaginis non manu facta, ſive ſacris mantilis* (hoc eſt, ſudarii, ſive lintei: Cedrenus Sindonem vocat) *Jeſu Chriſti Domini noſtri.* Quoniam vero ibidem tres ὕμνοι, ſeu cantica in ejus laudem & veneration em habentur, placet primum in gratiam Iconomachorum deſcribere hoc loco, eique noſtram interpretationem ſubjicere. Πάντες οἱ γενεοὶ ἡμῶν ἐπαξίως ἐν τῇ εἰκόνι, ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ ἀγγέλων τραπέσματι φωτὸς ὁ δεσπότης ἐκ[illegible]

δείξει φησὶ ἀγαπητοίσθω; ἀναίρει γὰρ ἀπὸ τῶν ἀντικειμένων παράδειγμα, ἢ τῶν ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλέα, ἢ καὶν δόξαν ἐπιδείξασθαι διὰ νίκης, ἀντὶ τοῦ πολὺ ἐπιφανέστερα βασιλεῖ φανεῖται τούτου μὴ φόβῳ Χριστοῦ ἡττώμενα. *Qualibus oculis nos terrigenæ intuebimur imaginem, quam angelorum exercitus libere non audent aſpicere, divina coruſcatam lumine? Hodie enim e regione infidelium in urbem Imperatoriam, ad populum pium divino nutu transfertur & commigrat, cui adventanti occurrant Imperatores, & ante eam, Chriſte, cum timore ac fide genua flectunt.* Infra Priſcus eadem prolata tumultum caſtrenſem ſedare nititur, lib. 3. cap. 1. Sic in hiſtoriis de regno Italiæ lib. 3. Sigonius narrat de Zacharia Pontif. Rom. cum Aiſtulphus cum exercitu Romanam in ditionem irrupiſſet, ſupplicationes ſolemnes, & ſanctam Salvatoris imaginem non hominis manu pictam, ſed ab ipſius ore formatam in humeros, adjuvantibus ſacerdotibus ſuſtuliſſe, atque univerſo proſequente populo, nudis pedibus ad baſilicam ad præſepe proceſſiſſe, &c.

BELLI VICES INCERTÆ SUNT.) Cic. Pro Milone. Adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui ſæpe ſpoliantem jam, & exultantem evertit, & perculit ab abjecto. Seneca Thebaide. *Fortuna belli ſemper auctipiti in loco eſt.* Locus gravis & inſignis eſt apud Thucydidem lib. 1. in oratione, qua Archidamus Lacedæmoniorum rex ſuos ad cautionem & diligentiam adverſus Athenienſes hortatur, his verbis. Non igitur aliquid negligentius agamus, etiamſi videmur plures eſſe, & inſtructi: nec ſecuritatem polliceamur nobis ex eo, quod propter hæc hoſtes non ſint nobiſcum pugnaturi: ſed ducum, & militum unuſquiſque, ut qui ſeſe cogitet in diſcrimen eſſe venturum, ſit paratus ad dimicandum. Omnia enim in bellis obſcura ſunt, & ex parvo multa exiſtunt. Sæpe ex iracundia fiunt conflictus: ſæpe minor multitudo, quæ propter metum cauta eſt, ſortis depulit plures, qui contempta hoſtium fuerunt imparati.

QUI ET MAGISTERIAM GESSIT.) Magiſteria eſt dignitas ſeu poteſtas magiſterii. Magiſterium autem officiorum, ordinum palatinorum, ductorum fuiſſe ait Zoſimus, formulaque magiſteriæ dignitatis apud Caſſiodorium epiſt. 6. lib. 6. Variar. non ad alium quam hunc magiſtrum officiorum pertinet: eaque perſtringuntur, quæ ejus muneri & officio incumbunt. Pluta Briſſonius de ſignificat. verborum juris.

AD CAPUT IV.

EORUM SPOLIA (TULDOM ROM. VOCARE CONSUEVERUNT.) Leo Imp. de apparatu bellico cap. 3. Tuldum eſt apparatus univerſus, & atenſilia militum, ut ſervi, & jumenta, reliquaque animantia, vel ſi quod aliud inſtrumentum ad uſum caſtrenſium adjungitur. Cedrenus: καμβάσιον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τὸ τῶν Περσῶν τοῦλον, ἢ τὸ βασιλικὸν σκευοφόρον, ἢ τὸν ἀπὸ τῶν ἀποσκιάδων ἐνίοτε ἄγειν ὄνων, οἳ τοὺς λοιποὺς φορτίζουσι. *Auferunt etiam Romani Perſarum tuldum, & regium tentorium, & annonam pretioſum apparatum cum elephantis.* Uno verbo, tuldi nomine impedimenta & apparatus militaris ſignificatur, ſive is in animatis, ſive non animatis contineatur.

AD CAPUT V.

Edit. Pariſ. pag. 235.

LEGE PERSICA FUG. ET IGNAVOS NON RECIPI.) Lex iſta par fuit legi Lacedæmoniorum, apud quos oportebat aut vincere, aut mori: non dabatur tertium: eranrque fugitores infames tota vira. Notum eſt illud Lacænæ feminæ, ſcutum filio militaturn abituro tradentis, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, aut hoc (ſubaudi ſalvum ipſe ſalvus, & victor reſeras) aut ſuper hoc (ſubaudi mortuus ex acie efferaris.) Unde & illud ut brevitſimum, ita pulcherrimum epitaphium Simonidis in trecentos Lacedæmonios, qui in Thermopylis occiderunt.

Ὦ ξεῖν' ἀγγέλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων πειθόμενοι ῥήμασι.
Dic hoſpes Spartæ, nos te hic vidiſſe jacentes,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Cic. 1. Tuſculana recitavit, & latine expreſſit iiſdem numeris.

AD CAPUT VI.

IMO VERO LEONID. MACNAN. AUT CALLIMACH. AUT CYNEGIRUS.) Magnus & excelſus animus Leonidæ ducis Lacedæmonii vel ex illo ejus dicto perſpici poteſt, quod eſt telarum a Cicerone 1. Tuſcul. Quid ille dux Leonidas dicit? Pergite animo forti Lacedæmonii: hodie apud inferos fortaſſe cœnabimus. Quod apophthegma apud Plutarchum ſic refertur. τοῖς δ' ἑταίροις παραγγεῖλαι δειπνεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους. *Monuit milites prandere, tamquam apud inferos cœnaturos.* Callimachus, ut ſcribit Herodotus lib. 6. duce Miltiade adverſus Medos, ſive Perſas in dextro cornu curavit, & egregia navata opera occubuit. Niſi forte Simocatta aliam ab hoc intelligat. De Cynægiro ſic lego apud Juſtin. l. 11. Cynægiri quoque militis Athenienſis gloria magnis ſcriptorum laudibus celebrata eſt: qui poſt prælii innumeras cædes, cum fugientes hoſtes ad naves egiſſet, omuſtam navem dextera tenuit, nec prius dimiſit, quam manum amitteret: tum quoque amputata dextera, navem ſiniſtra comprehendit: quam & ipſam cum amiſiſſet, ad poſtremum morſu navem detinuit. Tantam in eo virtutem fuiſſe, ut non rot cædibus fatigatus, non duabus manibus amiſſis victus, truncus ad poſtremum, & veluti rabida fera dentibus dimicaverit. Meminerunt ejus præterea Herodotus, Pauſanias, Valerius, Svetonius. Ammianus lib. 26. eum, & Callimachum vocat Medorum fulmina.

SATIS ILLI AD GLORIAM, SI ROM. NOMINEMOS.) Magna in hoc nomine fuit olim dignitas, propter majeſtatem & mores pop. Rom. videlicet, fuitque nomen auctoritatis, virtutis, nobilitatis, ſecuritatis denique. Proinde non inepte Simocatta hoc unum nomen iiii ad gloriam ſatis fore. Cic. Verrin. 5. Tolle hanc ſpem, tolle hoc præſidium civibus Romanis, conſtitue nihil eſſe opis in hac voce, civis Romanus ſum: poſſe impune Prætorem, aut alium quemlibet ſupplicium quod velit, in eum conſtituere, qui ſe civem Romanum eſſe dicat (quod quis ignotet?) jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem orbem terrarum, qui ſemper noſtris hominibus maxime patuit, civibus Romanis iſta defenſione præcluſeris. C. Mucius apud Livium lib. 2. & facere, & pari ſortia, Romanum eſt.

UT ROM. LANCEM LEVEM, PERSAS DEVERGENTEM.) Exiſtimabant antiqui illi, res mortalium a Jove velut libra quadam penſitari. Hinc a poetis dicitur ὑψιζύγιος, ut qui ex alto cælo omnia libret ac ponderet. Itaque Virgilius 12. Æneid. ex ea opinione Jovem Æneæ, & Turni armis concurrentium fata examinantem inducit his verſibus.

Jupiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet, & fata imponit diverſa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere letbum.

Facit hoc idem apud Homerum Il. 10. de fatis Achillis & Hectoris, unde noſter poeta ſumpſit. Sumpſit etiam Simocarta, Homeri perſtudioſus. Et quoniam data eſt occaſio, libet apponere deſcriptionem trutinæ, ſeu libræ perelegantem ex Dionyſio Lambino, Commentar. in Satyram 3. Horat. lib. 1. Quod eo libentius faciam, quia plerique de ea loqui neſciunt, ut vel nunc diſcant. *pag. 236.*

Trutina nomen eſt latinum, a græco τρυτάνη duſtum: quod ſignificat eam libræ partem, per quam horſum & illorſum vergit lingula, ſeu examen: anſam appellant Latini, nomine tranſlato. Sunt enim hæ libræ, ſex bilancis partes. Trucina, tracta, & paulum deflexa a Græco nomine τρυτάνη. Quod nomen a verbo τρύειν ductum eſt, hoc eſt, fatigari, & laborare. Examen, quod eſt lingula, quæ cum in neutram partem inclinatur, ſed medio anſæ puncto reſpondet, ſit ἰσορροπία, id eſt, æquamentum, ſeu æquilibrium. Jugum, a cujus extremis duobus pendent lances. Lances binæ quæ a Græcis dicuntur πλαστιγγία, quaſi τὰ πλατέα, latitudine: in quarum altera ponitur pondus ſive plumbeum, ſive æreum: in altera res quæ penditur, ſeu ponderatur. Pendent autem lances e jugo, ſingulæ ternis funiculis ab infriore parte in tribus punctis pari intervallo inter ſe diſtantibus annexæ: a ſuperiore autem, id eſt, ea, qua jugo funes adhærent, fanes in unum colligantur, & coeunt.

NE ILLAM PERSICAM, ET INCLYT. ARUND. E LATERE SIBI EXTRAH. PARCERENT.) Quid tam ſimile illi facto Epaminondæ ducis Thebanorum clariſſimi, de quo M. Tullius epiſtola ad Lucejum lib. 5. Quem enim noſtrum ille motiens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique ſibi a velli jubet ſpiculum, poſteaquam ei percunctanti dictum eſt, clypeum eſſe ſalvum: ut etiam in vulneris dolore æquo animo, & cum laude moreretur.

AD CAPUT VII.

DOMICILIA IN FORMAM ANTRORUM SUBTER HUMUM.) Inſtar Troglodytarum videlicet, de quibus Plinius lib. 5. cap. 8. Troglodytæ ſpecus excavant. Hæ illis domus, victus ſerpentium carnes, ſtridorque, non vox: adeo ſermonis commercio carent.

AD SERVILEM DIEM, UT ILLORUM TRAG.) Ad conditionem ſervilem. Ad ſeliquum ætatis in ſervitute exigendum. Umbra Polydori in Hecuba Euripidis, matrem miſerans, δύλιον ἦμαρ nominat.

Φίλ' ὦ τάτερ, ἅτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
Δύλιον ἦμαρ εἶδες, ὡς ἐρήμους παιδὸς,
Οἷον τὸν ἐμὸν ἔτεκ'.
O mater, hæc pro vita pervenisti, ut
Progenita cum ſis regibus e ſtemmatis,
Indigna ferres ſervitutis pondera.
Tam afflicta nunc & miſera, quam florens olim
Quondam ac beata.

AD CAPUT VIII.

VICTORIA ANIM. IN PRÆTERIT. FIRM CONSTANT. CONSER. NESCIT.) Laudat pro M. Marcello Cæſarem Cicero, quia victoriam, natura inſolentem ac ſuperbam temperaſit. Sed operæ pretium erit locum integrum adſcribere. Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperate, adverſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem, non modo extollere jacentem, ſed etiam amplificare ejus priſtinam dignitatem hæc qui facit, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico. Quantopere autem ſeſe iſta moderatione victores hominum memoriæ commendent, paucis interjectis ſequitur. At vero cum aliquid clementes, mantuete, juſte, moderate, ſapienter factum, in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens, & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur? non modo in geſtis rebus, ſed etiam in fictis, ut eos ſæpe quos numquam vidimus diligamus.

Edit Pariſ. pag. 237.

AD CAPUT IX.

IMMENSUS PAVOR AD FUG. RATIONE CARENTEM.) Paræmia eſt, πολλοὶ κενὸν τὸν τύφλον, *multa belli inania*. Locum habet de inani ſuſpicione, aut pavore ſine cauſſa oborto, quem Græci vocant πανικὸν, & conſueverunt hujuſcemodi pavores Panici in bellis plerumque accidere. Occurrit locus ex lib. 4. Curtii. Alexandri exercitum pavor, cujus cauſa non fuberat, invaſit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Præcipit autem Onoſander in Strategico, cap. 13. ſi quando pavor aliquis aut metus exercitum invaſit, vel quia nova ſociorum acceſſione hoſtium numerus accrevit, vel quia potior quodammodo genius illorum videtur, tum maxime Imperatorem hilarem, lætum, ac intrepidum vultum militibus oſtendere. Nam ad Imperatoris aſpectum quaſi ad exemplum cæterorum animi conformantur. Et magnanimi hilariſque ducis copiæ confidentiores ſunt: nempe, quaſi nihil ſit periculi. Contra, ſi pavidus ille ac mœſtus appareat, animos ſimul abjiciunt, veluti majore quadam calamitate impendente. Quid ſint panica & panici terrores, vide Miſcellan. Politiani, cap. 28.

LATINORUM ILLA CONFUS. ET PERTURB. FUGA) Quia Græcos ſempes Romanos nominat, Romani autem fuerunt Latini, videtur συνωνυμία uti voluiſſe: & ad Imperium Latinum, quod tum penes Græcos erat, non ad locum, neque ad gentem reſpexiſſe. Liberum eſſe in appellationibus hunc hiſtoricum in veſtibulo hujus voluminis lectorem monuimus.

Theoph. Hiſt.

AD CAPUT X.

QUI FLUVIUS A SEPTEMTRIONALIS PLAGA) De hoc flumine Plinius lib. 6. cap 27. Oritur, inquit, in regione majoris Armeniæ, fonte conſpicuo in planitie: concitatus, a celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi ſagittam. Influit lacum Arethuſam, omnia illata pondera ſuſtinentem, & nitram nebulas exhalantem. Unum ei genus piſcium eſt, idque tranſcurrentis non miſcetur alveo: ſic nec e Tigri piſces in lacum tranſnatant. Fertur autem & curſu & colore diſſimilis: tranſvectuſque occurrente Tauro monte in ſpecum mergitur. Subterque lapſus, a latere ejus erumpit, eumdemque eſſe manifeſtum eſt, quod demerſa perfert, &c. Strabo lib. 11. dicit in allum lacum influere, cui nomen Arſanias, & cum ei ſuperfluat ob velocitatem, non poſſe illi commiſceri. Poſtea ſubterraneis locis ſubterfluere, & prope Caloenitas emergere.

AB IMBELLI, ET AD PUGNAM INUTILI TURBA) Ælianus de militaribus ordinibus cap. 2. Earum copiarum, quæ congregantur ad bella gerenda, pars eſt ad pugnam apta: pars vero etiam aliqua ad pugnam inutilis. Sed & iſta convocatur, ut alterius partis commoditati inſet viat. Et apta quidem ad pugnam ea eſt, quæ in acie inſtructa ad prælium locum tenet, & armis hoſti reſiſtit. Ad pugnas autem inutilis eſt reliqua omnis multitudo medicorum, mercatorum, cauponum, lixarum, calonum, & eorum omnium, qui ut aliqua miniſteria obeant, ſequuntur.

AD CAPUT XI.

Νηπενθὲς τ' ἄχολόν) Odyſſeæ 3. Helena φάρμακον quoddam vino immiſcet, ad hilarandum maritum, & hoſpitem Telemachum, Ulyſſis filium. Ab affectu enim, quod mœrorem & luctum animis detraheret, ita vocat poeta.

AD CAPUT XIV.

QUI ÆSTIVO TEMPORE PRO PELAGO EST) Tam amplus eſt fluvius, & tot navigiis, tamque magnis navigatur. D. Baſilius Homil. 3. in Hexaem. Nilus neque fluviis natura ſimilis, cum velut mare Ægyptum operiat, & pelagus efficiat. De eo lege Plin. lib. 5. cap. 9. Senecam Natural. Quæſt. lib. 6. cap. 8. p. 238.

UT ALIQUA PYTHIA DE NOSTRA SEGNITIE ORACULUM) Sacerdos Apollinis apud Delphos, quæ conſulentibus Deum reſpondebat, a τρίποδι dicta Interrogando, & ſciſcitando ſic appellata eſt. Strabo lib. 9. oraculum ipſum ajunt eſſe cavam profunde ſpecum, aditu non admodum laro. Ex ea ſpiritum effeſi, furoris divini efficacem. Supra orificium tripodem ſitum ſublimem, quo conſcenſo Pythia, ubi ſpiritum exceperit, carmine ſoluraque oratione ſortes ab ea pronunciari. Porro poetas ſic quoſdam, fani adminiſtros, qui proſa oratione edita, in verſus numeroſque redigant.

VIRTUS ARDUUM QUIDDAM AC SUBLIME) Seneca lib. de vita beata. Altum quiddam eſt virtus, excelſum & regale, invictum, infatigabile. Voluptas humile, ſervile, imbecillum, caducum. Silius.

Explorant adverſa viros, perque aſpera duro
Nititur in laudem virtus interrita clivo.

AD CAPUT XVI.

Hoc capite ſingularem, & vix credibilem Græcorum inhumanitatem in eivem ſuum obſerva: & ſimul quantum unius hominis impura libido malis nocuerit. Nec ſemel illa civitatibus, & regnis pernicioſa fuit.

AD CAPUT XVII.

QUOD PROVERB. DE LUPO VANA ENIM SPE HIAVERAT) λύκος ἁρπάσων, *lupus hiat*, de te multum ſperata, multumque appetita, nec adepta; quod lupus prædæ inhians, rictu late diducto accurrit, & fruſtratus obambulat hians. Simile, *corvum delaſſi hiantem*.

Νίκη δ' ἀνομοίῳ ἀνδρὶ ἔοικε) Quia Mars communis. Victoria nunc horum, nunc illorum eſt. Atque idcirco ἀνομοία dicitur.

inhiant, rictu late diducto accurrit, & fruſtratus obambulat hians. Simile, *eorum dehiſcit hiantem*.

Nῖκα δ' ἑτέρωσι βότρυς ἀνθρώπων) Quia Mars communis. Victoria nunc horum, nunc illorum eſt. Atque idcirco *ἑτέρωσι* dicitur.

AD CAPUT XVIII.

'QUASI TUNICAS QUASDAM LONGAS E PILIS) Artificium bellicum ad fruſtrandos tormentorum ictus. Mole enim duro non reſiſtit, atque ideo cavari, ac proſterni illa coagmentatio lapidum in mœnibus non poteſt. Docet Lipſius Poliorcet. lib. 3. dialog 9. balliſtis, catapultis, omnibus telis levibus cortæ, cilicia, vela opponi ſolita, quibus eorum vim exciperent ac frangerent, molliter ita ſuſpenſis. Immo & ignita jacula illis repulſiſſe. Vegetius lib. 4 cap. 6. Saga cilicioque intenduntur, quæ impetum excipiant ſagittarum. Nec enim facile tranſeunt ſpicula, quod cedit & fluctuat. Lege cætera.

CORPORE STIRIS TYDÆO, ANIMO HERCULES IPSE) De Tydæo Diomedis patre Homerus alicubi,

Τυδεὺς μὲν γὰρ ἔην μικρὸς δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

Quod in elegia quadam Ovidius ſic eſt interpretatus.

Utilior Tydeus, quid, ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

Herculis nomen fortitudinis & roboris nomen eſt, propter omnibus notiſſima illius certamina, ad quæ viribus maximis, & ſummo animi robore opus fuit.

Edit. Pariſ. pag. 239. QUEMADMODUM POLYPUS CUM QUIPPIAM CERTIS) Polypus piſcis, quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctiſſime retinet. Hinc Plaut. Aulularia. *Ego iſtos novi Polypos, qui ubi quidquid tetigerint, tenent.* Plin. l. 9. c. 29. Polyporum multa genera. Terreni majores quam Pelagii, omnes brachiis ut pedibus ac manibus utuntur, &c. Cæterum per brachia velut acetabulis diſperſis, haſtu quodam adhæreſcunt, tenent ſupini, ut avelli non queant, &c.

IN LIBRUM TERTIUM.

AD CAPUT I.

UT DE DEMENSO, SIVE ANNON. MILIT. QUARTA PARS DETRAH.) Avaritiæ Mauricii, quæ quantas turbas excitarit, ex ſequentibus patet. Quin alia res præter avaritiam mala ei exitium videtur peperiſſe. Quamvis præcipuum illius in hoc genere facinus, de captivorum XII. millibus; parvo pretio non redemptis, & ita barbaro ad trucidandum relictis, Simocatta non commemorat.

QUOD COM PRISCUS FACERE OMITTERET.) De ſtatu Priſci, & direptione ejus exbernaculi, deque Germano in illius locum ſuffecto, de quibus hoc & ſequenti capite Simocatta, agit Evagrius lib. 6. cap. 4. & 5.

SACROSANCTAM IMAG. LAPID. APPETERET.) Conſidera, obſecro, quo furor militaris evadat, & quam vere dicatur, milites impios. De populo inſaniente adverſum Magiſtratus dictum a Marone, 1. Æneid.

Jamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Noſtri milites hæretici ſacras imagines etiam ferro concidere, & ignibus injicere non metuunt. Majorem itaque progreſſus impietatis, & ſacrilegiorum habent.

AD CAPUT IV.

QUÆ PATRIA NOSTRA VOCE BANDA DICUNTOR.) Suidas. *Βάνδον τὸν παρὰ Ῥωμαίοις τὸ σημαῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Sic vocat Romani ſignum militare*, vexillum opinor. In veteri Gloſſario bandum exponitur *σημεῖον*. Inde *βανδοφόρος ὁ τὸ σημαῖον τὸ βάνδον βαστάζων*, vexillifer. Victis hoſtibus banda quoque illorum capiebantur. Cedrenus. *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κύριοι γεγονότες τῶν βανδίων τοῦ Περσικοῦ λαοῦ, καὶ τοὺς ζωγραφοῦντας ἀνῃρέτασαν τοὺς βανδίους. Romani mittunt ad Imperatorem ſpolia Perſica, & captivos, una cum bandis.* Banda etiam *τάγματα* ſignificant. Exponitur hoc in veteri Gloſſario *κοινοβία*. Plura Rigaltius in Gloſſario *ταξιαρχῶ τάξιν ἐπιβάλλω*.

AD CAPUT V.

GREGORIUS ANTIOCH. EPISC. CUM INGRAT.) Imperator Andream, ſatellitum ſuorum facile principem miſit, perſuaſurum exercitui, ut duces manipulares, & alios præfectos, quos ante habuerat, admitterent. Quem cum illi rejicerent, Gregorius Epiſcopus Antiochenus flexis humi genibus, & longa oratione ad Philippicum recipiendum commovit. Quæ omnia diſerte apud Evagrium, & copioſe narrantur lib. 6. cap. 10. 11. 12.

FRAUDIS ARCHITECTUS QUIDAM SITTAS) De prodita & a Perſis capta Martyropoli, & ad eam recipiendam irrito Romanorum conatu, deinde adeo breviter egiſſe Simocattam. Longe liſius & explicatius Evagrius libro toties jam nominato, cap. 13.

MEBODEM SURINÆ FILIUM) Poſt hæc verba ſequebantur in Græco, *ἀξιώματα δὲ τούτου παρὰ Περσῶν παρέλαβον, dignitates autem hujuſmodi a Perſis ſuſpiciuntur*, quia ad ſenſum nihil faciunt, & videntur quædam omiſſa, unde illa pendebant, putavi inducenda.

GLADIOS INAURATOS, TIARAS, CINGULA GEMMIS) Proprium barbarorum luxuriæ in auro, argento, & gemmis. Quo reſpexit Virgil. 2. Æneid. *pag. 240.*

Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi.

Curtius lib. 3. in deſcriptione agminis Perſici adverſus Macedonas procedentis. Ignis, quem ipſi ſacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferebatur, magi proximi patrium carmen canebant. Mago trecenti & ſexaginta quinque juvenes ſequebantur, puniceis amiculis velati, &c. Locuti eſt longior, quem ipſe leges. Idem lib. 9. de Sophite rege quodam Indo. Cum ſubito patefacta porta rex Indus cum duobus ac duodecim filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens corporis ſpecie. Veſtis erat auro purpuraque diſtincta, quæ etiam crura velabat. Aureis ſoleis inſerebat genuina. Lacerti quoque & brachia & margaritis ornata erant. Pendebant & auribus inſignes candore ac magnitudine lapilli. Baculum aureum beryllis diſtinguebant. Lib. 4. cap. 3. deſcribitur ornatus Hormiſdæ, throno regio inſidentis. Cum Annibali hoſpiti Antiochus rex exercitum ſuum barbarico apparatu magnifice inſtructum oſtendiſſet, rogavit, num putaret hæc omnia ſatis fore Romanis. Tum Annibal, plane ſatis, ſi vel avariſſimi ſint. Rex de prælio ſciſcitabatur, hic de præda reſpondit. Quid enim aliud eſt miles imbellis auro, argento, cæteriſque rebus ad prædam invitantibus inſtructus?

AD CAPUT VIII.

VESTES MULIEBRES IN PRETIUM CONTRACTI DEDECORIS) Imbellia, timiditas, mollitia fœminarum eſt, non virorum. Quare veſtis muliebris ignavo ac timido militi, tamquam mulieri magis, quam viro danda eſt in præmium. Tales apud Homerum *Ἀχαιΐδες, ἐπὶ Ἀχαιὸς Πέπονες, Achivas, non Achivos.* Et Numanus apud Maronem lib. 9. in Trojanos idem jactat convitium, *o vere Phrygiæ, neque enim Phryges.* Xerxes Artemiſiæ, a qua bello navali adverſus Græcos adjutus fuerat, & in quo eaſdem reginæ duces ignaviores exiterant, cum ipſa pugnaſſet ſtrenue, hanc laudem tribuit. *οἱ μὲν ἀνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες ἄνδρες. Viri fuerunt mihi mulieres, & mulieres viri.* Auctor Herodot. lib. 8. Teſtatur idem hiſtoricus, apud Perſas graviſſimæ contumeliæ loco habitum, ſi quis fœmina mollior vocaretur. Vide quæ in ſymbolis Virgilianis in locum ſupra addictum notavimus. Io Lycia, ut traditum eſt a Plutarcho in conſolat. ad Apollonium, affines & propinqui in funere muliebres veſtes induebant, ut eam detormitatem perteſi, cujus a lacrymis & luctu abſtinerent.

NON FILIUM CNOSIOÆ, SED FILIAM) Qui dicit quæ vult, audiet ſæpe quæ non vult. Quamquam Hormiſda ſecit potius, quam dixit, contumeliam: cui Varanus viciſſim animum imbellem, & effœminatum exprobrat, dum eum filiam,

non filium Chosroæ appellat. Lepidum est illud in facetiarum exemplis apud M. Tullium 2. de Orat. Cum Sex. Titius se Cassandram esse diceret, multos, inquit Antonius, possum tuos Ajaces Oilejos nominare. Nec minus quod infra sequitur. Cum Q. Opimius consularis, qui adolescens male audisset, festivo homini Egilio (qui videretur mollior, nec esset) dixisset. *Quid tu Egilia mea? Quando ad me venis cum rua colo & lana? Non pol, inquit, audeo. Nam me ad famosas vetuit mater accedere.*

IMP. CLEMENTIA POPULI ACLAMAT. ANTEVERTIT) Seneca lib. de clementia. Nullam ex omnibus virtutibus magis homini convenire scimus, quam clementiam, cum sit nulla humanior. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem ac principem decet. Mandandum & illud memoriæ, ejusdem, lib. de quatuor virtutibus. *Haud minus turpia sunt principi multa supplicia quam medico multa funera.* Quâ abhorrerer a fontibus capite puniendis Mauritius, supra lib. 5. in cap. 15. ex Evagrio docuimus. Ex familiaribus cuidam dicenti Theodosio juniori, neminem ab eo illorum morte mulctatum, qui injurii ei fuissent: utinam, inquit, eos etiam in vitam revocare possem, qui jam dudum mortui sunt. Idem ad mortem damnatos ob capitale facinus, si ad portas urbis nondum ducti pervenissent, dimitti jubebat. Niceph. lib. 14. cap. 3.

Edit. Paris. pag. 245.

AD CAPUT IX.

BELLOM OMNIUM MALORUM RECEPTACULUM) Detestatus est bellum supra, capit. ultim. lib. 5. Mebodes Persa legatus. Proverbium, *ὁ πολεμος ἀγγελος, non bellum annuntians*, de læto nuntio: quoniam bellum res est calamitosissima.

AD CAPUT XI.

SUB POTEST. SUBJECIT) Ultra quintum mensem obsessam, & nemine resistente captam refert Evagrius lib. 3. cap. 10. Immo a Præfecto proditam. Omnes e civitate promiscue eduxit: quosdam miserandum in modum ibi interfecit: quam plurimos vivos abduxit: urbem præsidio communivit.

VETTO MENTIS AUDACIUS) Ejusdem lib. cap. 11. Evagrius Justinum animi sanitatem amisisse autumat, quia præ nimia insolentia ac superbia casum hunc acerbius, quam pro consuetudine humana tulerit. Simocatta rem mitius interpretatur, qui de Sophiæ litteris, quibus Chosroen ad misericordiam, & indutiarum pactionem induxit, nihil dixisse mirum est. Vide Evagrii caput duodecimum.

SATELLITUM IMP. PRÆF. QUEM EXCUBITORUM COMITEM) Comites olim dicebantur, qui cum potestate erant, id est, quibus Imperii pars mandata erat. Deinde cœpti sunt appellari hoc nomine qui Proconsules, Procuratores in provincias euntes comitabantur, vel senatus, vel ipsorum magistratuum voluntate ac judicio, publicorum negotiorum adjutores, atque administri: quales erant quæstores, legati, scribæ, accensi. Postea comites dicti sunt Jurisperiti, provincialium magistratuum assessores, quos magistratus arbitratu suo delectos secum adducebat. In constitutionibus recentiorum Imperatorum varia pro administratione nomina adduntur. Comes archiatrorum, commerciorum, domesticorum, donorum, metallorum, militum, rerum privatarum, sacrarum largitionum, sacræ vestis, &c. Vide Brissonium de significat. verborum ad jus pertinentium.

NOSCE QUI NUPER FUERIS, ET QUI IN PRÆSENTI STES) Qualis ex quali factus, ex tenui dives, ex ministro dominus, ex privato Imperator. A moderatione laudatur Agathocles Siciliæ rex. Memor enim unde in tam excelsum gradum ascendisset,

——miscebat opes, pauperiemque timul.

Sed totum epigramma adscribam ex Ausonio.

Fama est fictilibus cænasse Agathoclea regem,
Atque aheneum Samio sæpe onerasse luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis:
Et misereret opes, pauperiemque timul.
Quærenti causam, respondit. Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reverenter habe, quicumque repente
Dives ab exili progrediere loco.
Theoph. Hist.

Habet sæpe locum in vita hoc præceptum, & pauci pristinæ sortis & abjectionis, nobilitatem & divitias adepti meminerunt, incipiuntque multi insolescere, & præ se alios despicere.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. *pag. 542.*
dixit nescio quis.

OMNES ISTI ET SERVI, ET FILII TUI SUNT.) Paucos invenias Principes, qui subjectos ament tamquam filios, paretnaque cura ac sollicitudine eorum commodis prospiciant. ποιμένες λαῶν, *pastores populorum* vocat Homerus. Quo satis significat, quid ipsorum officium requirat, & in quo potissimum sit positum. Cur a poetis sic vocentur, explicat Philo Hebræorum eloquentissimus, lib. de Joseph. In præclarissima illa laudatione Emmanuelis Imp. quam historiæ suæ præfigit Nicephorus Callistus, inter cætera sic habet. Sed nec illud imperio suscepto egisti, ut te cives, & subditi tui metnerent tantum: verum timorem cum caritate temperarent. Proinde cum te homines tui cum admiratione dilexere, quod minus esse terribilis, neque arbitrio tuo vivere, & pleraque omnia statuere viderere, tum ipse eos magis etiam dilexisti, quibus revera extitisti, *veluti pater optimus*, quemadmodum ille dixit.

MATREM TUAM (SOPHIAM AUGUSTAM) VENERARE) Verumtamen mater ista Sophia *δυσφιλως* filio suo adversata est, ægre ferens eum tam multa de thesauris a Justina aggregatis in pauperes distribuere. Cujus sapientissimum, & Christianæ spei plenissimum factum ex Gregorio Turonensi affert Cardinalis Baronius tomo 7. De persona Tiberii & moribus lege Evagrium lib. 5. cap. 13.

QUI HOC MIHI FECERONT) Puto velle, quod habet Evagrius. Atque digito magistratus demonstrans: non oportet, inquit, horum consiliis morem gerere: nam hi me in istas, quas cernis, miserias deduxerunt.

SI VOLUERIS SUM, SI NOLUERIS NON SUM) Obscurior est horum verborum sententia. Quare Oedipo sit opus: ego Davus sum. Clara essent, si a Tiberio dicerentur, cum hac interpunctione. *Μὴ φύτευε. οὐ βασιλεύς, ἐὰν θέλῃς εἶμι. ἐὰν μὴ θέλῃς, οὐκ εἰμί. ξὺ ὁ βασιλεύς. ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας.* &c. *dixit ei, o Imperator, si volueris, sum* (subaudi Imperator successor tuus) *si nolueris: non sum. Tum Imperator, Deus qui fecit*, &c. Tiberium porro Evagrius ira describit cap. 13. lib. 5. Erat corpore maxime procero & robusto, & pulchritudinis excellentia omnium opinione major: adeo, ut non regibus solum & Imperatoribus, sed omnibus etiam hominibus facile præstaret. Quod ad animum attinet, illum mansuetudo, & benignitas ornarunt. Primo ipso aspectu omnes videbatur ad se diligendum invitare. Lege quæ sequuntur.

AD CAPUT XII.

MOREM TENENS, LITTERAS AD PERSARUM REGEM MITTIT) Lib. 8. cap. 15. de Phoca. Mense quinto litteris scriptis Chosroen de sua inauguratione, Lilio hujus tyrannicæ creationis delecto nuntio monet. Sic enim & Romani Persæ solent, cum in regiæ dignitatis gradu collocantur. Mitti etiam solebant imagines Augustorum Romam, & in diversas provincias Imperii Romani, atque ad Principes amicos, appellabanturque laurata, quasi laureata. Multa de his Gregorius Papa II. ad Leonem Isauricum Imp. Ante Phocam autem imagines hujusce modi Romani allatæ non sunt. Baron. Annal. tomo 8. ex actis publicis. Allatæ sunt autem Constantinopolim multo ante. Nam Honorius cum Placidiæ sororis suæ maritum Constantium ducem, virtutis & prudentiæ nomine solemni pompa adhibita Augustum appellasset, imaginem ejus, ut moris erat, Constantinopolim ad collegam Theodosium misit. Sigonius de imperio Occid. lib. 11.

AD CAPUT XIII.

NON EST PERSARUM NATURA INDISSOLUBILIS) Quasi diceret illud Virgilianum, ex Æneid. 12. mutata unica voce.

Et nos tela viri, ferrumque haud debile dextra
Spargimus: & nostro sequitur de vulnere sanguis.

Edit. Paris. pag. 243.

Cenea unum de Lapithis fabulæ poetarum narrant vulnerati non potuiſſe, cum tamen vulneraret alios. Ovid. 12. Metamorph.

Telaque in hunc omnes unum mittunt atque ferunt que;
Tela retuſa cadunt: manet imperfoſſus ab omni;
Inque cruentatus Cenea.

Memorat Joannes Petrus Maffæus hiſtoriarum Indicarum libris, de quodam Dynaſta barbato, habuiſſe lapidem, cujus erat ea vis & natura, ut ſanguinem quamvis pluribus locis valocrati cohiberet. Quo ut ſpoliatus fuit, profluxit ubertim, ut homini mortem afferret. Vulnerari quidem poterat: ſed ex vulneribus animam amittere propter virtutem lapidis illius non poterat.

NEC ENIM EQUUM DIVINIS HONOR. COLENDUM.) Equum a Perſis pro Deo coli ſolitum videtur dicere, cum tamen legamus eos ſoli, quem colebant, equum mactare ſolitos.

Ne detur celeri victima tarda Deo.

ut Ovidius ait. Quare amplius de iſta re hinare quærendum eſt. Gyral. de diis gent. ſynt. 17. accurate religionem, & ſacra Perſarum exponens, de equo nihil tradit; ut putem Simocattam hoc loco memoria lapſum, quod non uni ſcriptori contigit. Ægyptus fortaſſe, ut alias, ſic iſtam quoque beſtiam divinis honoribus coluerit.

UT VESTRÆ APPELLAT. CONSENT.) Romani dicti ſunt a Roma: Roma autem a Romulo: quamvis controverſiam habuerint duo fratres illi, Romamne, an Remam nominarent, de qua Ennius. Quidam ſcripſerunt a ῥώμῃ dictam hanc urbem, quaſi robuſtam. Sed Græci male omnia ad ſuam linguam revocant.

PERICULORUM CONTEMPTORES PUGNA QUÆRIT) Audiamus Euryalum ex Æneid. 9. & patemus a quovis generoſo milite talia nos audire,

Eſt hic, eſt animis lucis contemptor; & iſtum
Qui vita bene credat emi quo tendis honorem.

En tibi (loquit ad Porſennam Ecruſcorum regem Romam obſidentem C. Mucius Romanus) ut ſentias quam vile corpus ſit iis, qui magnam gloriam petunt, dextramque accenſo ad ſacrificium foculo injicit. Livius lib. 2. Recte etiam Catilinam in extrema illa concione, qua ſuos ad fortiter præliandum incendit. Quanta cujuſque animo audacia natura, aut moribus inſit, tanta in bello patere ſolet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam horrere: timor animi auribus officit. Noravit Etrurienſium ignaviam ac timiditatem in armis Themiſtocles, cum dixit eos ſimiles eſſe piſcium qui vocantur gladioli, & gladium quidem habent, cor non habent. Ita ipſis quoque non deeſſe gladium, ſed deeſſe animum.

AD CAPUT XIV.

ORATIONE HAC OM. ANIMI AD CERTAM. EE. ARDESCUNT) Onoſander in Strategico poſtulat Imperatorem ſive ducem etiam dicendi peritum. Hinc enim maxima, inquit, præcipuaque in exercitum commoda derivari puto, Siquidem Imperatoris vehementi concione erecti excitatique in procinctu milites, ardua quæque & formidoloſa deſpiciunt, & propoſitam in laudem victoriamque acriter decertando conſpirant. An non vides hoc, audita hujus ducis oratione a Romanis fieri? Idem. Nulla reſpub. aut exercitum abſque Imper. aut Imper. abſque eloquentia mittat.

TULIT AUTEM NE QUIS PERSAR. REX ARMA ROM.) Verba Evagrii cap. 5. lib. 5. apponam. Choſroes autem ingenti doloris cumulo oppreſſus, animo fracto, & ancipiti cura debilitato languens, crebris denique, & variis ægritudinis fluctibus demerſus, miſerandum in modum inretiit, ac legem quam ſcripſit, nec rex Perſarum in poſterum contra Romanos arma ferret, velut ſempiternum ſuæ fugæ monumentum poſt ſe reliquit.

pag. 244.

AD CAPUT XV.

APERTO CAPITE REGI SUO INDIG. CONVITIANTUR) γυμνῇ τῇ διανοίᾳ ἐβλασφήμουν, Aperto, ſeu nudo capite quippiam vel facere, vel dicere, eſt id citra omnem pudorem ac verecundiam agere. Nam qui pudendam rem faciebant, caput operiebant. Socrates apud Platonem in Phædro, amorem vituperaturus, faciem tegit. Plaut. Trinum. *Ipſi tam aperto capite ad leones ſunt, quam in foro aperto capite ſontes condemnant veos.*

E PRYTANEO ANNONAM CAPIUNT) Prytaneum locus Athenis, in quo publico ſumptu victus præbebatur iis, qui bene de republica eſſent meriti, aut quos civitas honorare vellet. Scholiaſtes Thucydidis ſcribit, fuiſſe domum amplam, unde annona ſuppeditaretur civibus, quod ibi ſederent οἱ πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. reipub. totius moderatores. Horreum, ſeu grannarium publicum.

OB DIGNITATEM MAGISTRI QUAM GERUNT.) Varia ſime geneta magiſtrorum apud Jureconſultos. Magiſtros appellari Paulus ſcribit, quibus præcipua cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam, & ſollicitudinem rebus quibus præſunt, debent. Quin etiam ipſi magiſtratus per derivationem a Magiſtris cognominantur. Unde etiam cujuſlibet diſciplinæ Præceptores Magiſtri appellantur, a monendo, vel monſtrando. Feſtus vero, magiſtrare, ait, regere & temperare eſt: magiſtrare dominari, unde non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vitorum collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis cæteris poſſunt. Vide plura apud Briſſonium de ſignificatione verborum ad jus pertinentium. Videndum hic de quo magiſtrorum genere loquatur.

AD CAPUT XVI.

ET QUONIAM NAVIGIUM REIPUB. ANIMO SINCERO) Supra a nobis dictum eſt de hac metaphora. Sane etiam Chriſtiana reipub. ſeu Eccleſia Chriſti, navis vocatur, cujus primus gubernator inſtituitus eſt ab eodem Petrus. Ejus ſucceſſores ſunt Pontifices Romani. De eadem navi ſimplex, & tritus jam verſiculus, incerto auctore ſettur.

Fluctuat, naſi numquam mergitur illa ratis.

Ac melius omnino Eccleſia, quam reſpublica civilis cum navi comparatur, niſi me ſententia multum fallit.

AD CAPUT XVIII.

ADMINISTRATIONEM SEPTEM TRIB. SORTITO DISTRIB. ESSE) De his ſeptem ordinibus Nicephorus Calliſtus lib. 18. cap. 30. Apud Medos vero ſeptem populi ordines, res præcipuas expediunt. Et lex antiqua partiri alitet negotia non permittit. Qui eoim Arſacidarum ordo dicitur, regnum apud ſe retinet, & regi diadema imponit. Ordo alius rei militari præeſt. Alii politia curæ eſt. Alius controverſias de quopiam, quod arbitro judice indigeat, inter ambigentes exoritas docidit. Quintus populi ordo equites regit. Qui hunc conſequitur, tributum a civibus & ſubditis exigit, & regio ærario præeſt. Septimus regis equos curat, & veſtem militarem ſervat. Haſce leges in aula regia Darium Hyſtaſpem ſacraſſe ferunt. Hæc ad verbum deſcripſi, ut locus Simocattæ ex hoc loco aliquid lucis acciperet; quamvis Nicephorum hoc, ut alia, ex Simocatta hauſiſſe judicem.

pag. 245.

IN LIBRUM QUARTUM.

AD CAPUT III.

VESTE REGIA, ET PRETIOSA COOPERT. TIARA EX AURO. Lamentabitur paulo poſt in conventu procerum Perſarum has delicias, & luxum ſuum. Uſque hodie barbari reges in India iſtiuſmodi rebus gaudent, ſeſeque auro, & gemmis onerant. Nempe quod illis natura negavit, decus corporis, hoc aliunde petendum putant. Tametſi non omnes æque deformes, quidam etiam otis dignitate, ſi minus colore, cum noſtris principibus certant. Zenobiam Palmyrenorum reginam, mulierem bellicoſiſſimam ſcriptum reliquit Trebellius, cum ab Aureliano Auguſt. in triumpho duceretur, ſub gemmarum pondere anhelantem ſæpius inter eundem coactam ſubſiſtere.

AD CAPUT IV.

QUI PAULO ANTE TAMQUAM DEUS ADORAB.) Notabile exemplum fortunæ mutabilitatis Hormisdas. Ac profecto saris diserte, quo pacto illa secum egerit, ipsemet hac oratione ostendit. Nec tamen querimonia sua ullam miserationem ex audientibus potest elicere: adeo tyrannis antecessa omnium illi odia conflaverat. Illustre præterea exemplum (ut externa omittam) mutatæ fortunæ & conditionis amplissimæ in miserrimam est Henricus III. Imp. de quo Carolus Sigonius lib. 9. de regno Italiæ in extremo his verbis. Quibus rebus actum de dignitate sua existimans (eo necessitatis ac miseriæ venit) ab episcopo Spirensi victum sibi dari apud Spiram in æde Deiparæ genitricis a se constructa petivit, cum diceret, se haud inutilem clericum fore, quod & litteras calleret, & choro inservire egregie posset. Neque id impetravit. Itaque ad astantes conversus, suspirans dixit: *miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Atque aliquot post diebus 7. Id. Augusti ingenti dolore confectus, est mortuus, mansi que eorpus ejus insepultum in cella quadam ædis deserta, pontifice id sepeliri vetante, per annos quinque.

QUI PURPURA INDUEBATUR.) Satis explicate & diserte luxum deliciasque suas exponit. Persarum sumptuosum luxuriosumque apparatum, unguenta, odores, coronas, & similia, notavit Horatius Ode ult. lib. 1. Medorum Xenophon, Cyripædiæ lib. 1. Ubi quæ de Persarum tenuissimo victu narrat, accipienda sunt (ut quidam volunt) de ea ætate, qua Persæ Medorum imperium nondum subegerant. Alioqui putaret quispiam tam hoc vere scriptum a Xenophonte, quam Cyri patrem Cambysen Persarum regem fuisse. Herodotus item lib. 3. luxum Persicum paucis describit.

AD CAPUT VI.

IN CONSPECTU PATRIS MORTE AFFICITUR.) Et filius, & uxor spectante Hormisda & marito (quo dolor esset acerbior, oculi enim augent dolorem) miserandum in modum, & immaniter necantur. Pro singulari crudelitate hujusmodi facinus accusantem Priamum poeta prudentissimus induxit 2. Æneidos, ubi Pyrrhus ante ora illius Politen filium interficit.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Dii (si qua est cælo pietas, quæ tanta curet)
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.

Edit. Paris. pag. 246. Caligula, ut auctor est Tranquillus, cap. 27. parentes filiorum suppliciis interesse cogebat. Vide quæ ad locum Virgilii in Symbolis nostris præterea notavimus. Certe etiam Mauricius Imp. ut habet noster historicus lib. 8. priusquam iussu Phocæ tyranni obtruncetur, necem filiorum suorum intueri compellitur. Ponit hoc in magno scelere etiam sacra Scriptura. Ecclesiastici cap. 34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.*

AD CAPUT VII.

AD MENSAM PANEGYRICAM SUBSERVIUNT.) Regum & principum ventri atque abdomini studentium mensas propter serculorum multitudinem, varietatem, appatatum, ducta a solemnibus, & frequentissimis ad festos dies, aut publicos ludos conventibus metaphora, panegyricas vocate audet, lepide, & pro ingenio suo Gratiarum pleno. Tantæ in victu parsimoniæ Didium Julianum fuisse testatur Spartianus, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret, si quis ei forte mississet. Sæpe autem nulla existente religione, oleribus, leguminibusque contentus, sine cœna cœnaret.

AD CAPUT VIII.

ARBORES VESTES SUAS FROND. DEPOS. ET SOMNON VALENT.) Inter conjectores somniorum receptum est, quæ post vina & cibos, quæve tepefacto somno eveniunt insomnia, quæve fiunt, cum folia ex arboribus decidunt, ea plerumque vana exitiumari. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 26. De somniis autem vanis, hærentibus apud inferos, sub foliis, seu frondibus arborum Virgil. 6. Æneid.

In medio ramos, annosaque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens, quam sedem somnia vulgo
Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus hærent.

Vide ibidem Servium.

AD CAPUT IX.

DUOBUS OCULIS MUND. UNIVERS. ILLUSTRARI.) Duo imperia, Romanum & Persicum non illepide duos mundi oculos vocat, quibus nihil sit præstantius ac nobilius: sicut inter partes corporis humani nihil est eum oculis conferendum. Quemadmodum enim aliarum partium decus est caput, sic ipsi decus & ornamentum sunt capitis. Alexander Mag. oblatam sibi a Dario partem regni Persici usque ad flumen Euphraten cum filia in uxorem recusavit accipere, nisi Darius secundus sibi, non par haberi velit. Cæterum neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbem summa duo regna salvo statu terrarum habere, Justinus l. 11.

AD CAPUT X.

EQUI GRESSUM ULTRONEUM SEQUI.) Eadem de re, & de epistola Chosroæ ad Mauricium Evagrius cap. 16. Fugisse autem ait cum uxoribus, & duobus tenellis liberis, & quibusdam Persis nobilibus, qui eum sponte comitabantur.

AD CAPUT XIV.

MELITENES PRÆSUL DOMITIANUS.) Obviam Chosroæ missos Domitianum, & Gregorium episcopos, cum omnibus satellitibus, & exercitu Romano, ut eum quocumque veller comitarentur, ait Evagrius l. 6. c. 17.

ALLOQUIO ET DONIS.) Chosroën hospitem pro exule, & pro fugitivum filium efficit Mauricius: muneribus plane regalibus donat, quibus eum ad se diligendum invitaret. Nec Mauricius solum tam magnifica dona misit, sed imperatrix etiam erga Chosroën conjuges, & liberi Mauricii erga liberos ejus paria benignitatis officia præstiterunt. Evagrius cap. 16.

pag. 247.

IN LIBRUM QUINTUM.

AD CAPUT I.

VENERAND. SERGIUM MARTYR. QUI COLIT. ETIAM A BARB.) De hoc scriptum extat in martyrolog. Non. Octob. Passum sub Maximiano, Augustæ Euphratesiæ, cum Baccho. Fuisse nobiles Romanos. Ipsum clavatis cothurnis pedes indutum, cum in fide fixus maneret, jussum decollari. Locum ubi quieverit, vocatum ab ejus nomine Sergiopolim. Ob præclara miracula frequenti Christianorum concursu honorari. Si lubet, lege illic annotata a Baronio. Ut autem etiam barbari illum colerent, fecit frequentia Christianorum ejus sepulcrum visentium, & miracula quam plurima, quæ vel immania illa pectora ad eum colendum permoverunt. Sic apud Turcas, aliosque barbatos Catharina, Joannes Baptista in honore sunt.

AD CAPUT III.

IPSUMQUE EX TEMPLO EJICIT.) Exemplum libertatis Christianæ in episcopo, dum locum Deo consecratum ab homine profano, & idololatra non finit inquinari. D. Chrysostomus, ut est in ejus vita a Metaphraste descripta, Gaynæ barbaro, & duci Romanorum, religione Ariano, ab Arcadio Imperatore templum concedente, in quo cum suis Arianis preces facitaret, & sacra obiret, restitit, nec ullis ab eodem Imp. argumentis ad id permittendum flecti potuit. Nec D. Ambrosius Theodosium ex de Thessalonicensium adhuc contaminatum & impiatum, passus est sacram ædem ingredi. S. Ignatius epist. ad Tralianos.

Quid enim aliud eſt epiſcopus, quam is qui omni principatu & poteſtate ſuperior eſt, & quoad homini licet, pro viribus imitator Chriſti Dei factus? Sic ille. Atqui etiam Chriſtus, cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, ementes, & vendentes de templo ejecit.

AD CAPUT IV.

PROPTER PALAD. INFORM. HOSTIB. INACCESSA.) Svidas hæc ipſa verba ex Simocatta recitans, *διὰ τὸ ἀμίαντον τῆ κατασχεῖν τὰς ὀδρύσεως ἀλωτὰς τοῖς πολεμίοις* ſed corrupte, & ſenſui contrario. Utinam prius vocem *κάτεσχεν* e poſuiſſet. *ἀνέχειν* eſt quidem ficcitas, ſed eſt etiam ſqualor. Si pro ficcitate accipimus *κάτεσχεν*, ut videtur Svidas accepiſſe, quomodo eſt *ἀφὶ πολεμίων ἀφίεσθαι*?

NULLUS VESTRUM TERGUM SIBI CONCIDI PATIATUR.) Non averſa, ſed adverſa vulnera glorioſa ſunt: quia fortitudinem, ſicut illa fugam, arguunt. Inde illud inſigne epitaphium in Thraſybulum Laconem, qui in certamine adverſus Argivos ſeptem adverſis conſoſſus vulneribus occubuit, & patrio more ſuper ſcuto ea acie elatus eſt mortuus. Quæ res fortiter eum dimicaſſe, nec de fuga cogitaſſe ſatis ſuperque indicavit. Recitabo converſum ab Auſonio.

Excipis adverſo quod pectore vulnera ſeptem,
Arma ſupervehens quod Thraſybule tua:
Non dolor hic patrii, Pitanæ: ſed gloria major.
Rarum tam pulcro funere poſſe frui.
Quem poſtquam mœſto ſocii poſuere pheretro,
Talia magnanimus edidit orſa pater.
Flete alios, gnatus lacrymis non indiget ullis,
Eſt meus & talis, & Lacedæmonius.

Laudans Achillem naſciturum Parcis introductis Catullus,

Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus

AD CAPUT V.

Edit. Pariſ. pag. 248.

SOBRIA QUAD. INSANIA QUASI OESTRO PERCITI.) Græce eſt, *σώφρονι μανίᾳ τινὶ καὶ συμπλοκῇ ἔρωτος*. Admodum *ἱμαντώδης* dixit. Eſt autem hoc tale, quale illa Græcorum, *δίψαν ἄδιψον, νύμφαν ἄνυμφον, παρθένον ἀνάνδρευτον, βίον ἀβίωτον*. Et Latinorum, inſepulta ſepultura, inſaniens ſapientia, ars ineptiæ, cum tacent, clamant, &c. quæ Græcis *ὀξύμωρα* vocantur. Sic enim acute dicuntur, ut ſtulte, ſeu fatue dici videantur: quaſi idem de ſeipſo negetur, aut de eodem contrarium affirmetur.

AD CAPUT IX.

VARAMÆI COM CLAM. AC STREPITU, ROM. QUIETE.) Nihil penitus dubito, quin Simocatta, ut eſt *φιλόμηρος* ad initium 3. Iliados hoc loco reſpiciat, ubi poeta Trojanos magno cum clamore ac ſtrepitu, inſtar gruum per aera volantium, & clangentium: Græcos contra cum ſilentio, & abſque omni ſtrepitu, paratis animis ad opem inter ſe ferendam proceſſiſſe ad pugnam commemorat. Quibus verſibus, qua diſtinctione eum boni & mali militis differentiam indicare voluiſſe, auctor eſt Plutarchus in vita ipſius.

AD CAPUT X.

PRO SYMBOLO SALUTATIONEM DEI MATRIS.) Nota in hoc capite præſens auxilium, appellatæ tantum Dei matris, ore licet barbaro: ſed cum fide & ſpe magna eorum, qui ipſos hoc ſymbolum pronuntiare docuerunt. Deus enim, etſi fidem hominum quippiam conantium reſpicit, tamen ejus beneficentia, & miſericordia eidem non eſt alligata. Itaque ſæpe etiam non credentibus, & neſcientibus, facit bene. Huc apte convenit illud Philonis, lib. de ſacrificiis Abel, & Caio. Deus cum alicui beneficit, non utitur ejus conſilio: ſed inexſpectata beneficia porrigere ſolet liberaliter.

AD CAPUT XII.

FEMINAM GOLINDUCHAM NOMINE.) Poſt magna miracula, quæ ediderit, martyrii coronam aſſecutam, & ejus vitam ab antiquiore, Stephano Hierapolis epiſcopo litteris mandatam affirmat Evagr. lib. 6. c. 19.

ACERBAS SUB TERRA POENAS, MAG. CONTRA BONOR. DELICIAS.) Hiſtoriæ de nonnullorum ectaſi ſeu raptu (ut vulgo appellatur) qui pœnas improborum apud inferos, & gaudia cælitum viderunt, non ſunt habendæ pro phantaſiis, & commentis, ut irriſores quidam dictitant.

AD CAPUT XIII.

IN ROMANIAM PROFUGERE.) Et hæc, & quæ capite ſequenti ponitur epiſtola Choſroæ ad S. Sergium martyrem habetur apud Evagrium lib. 6. Sed non ſatis emendate cum Euſebio excuſæ ſunt Græce a Roberto Stephano. Romania a recentioribus ſcriptoribus græcis appellatur Græcia Europæa. Aliquando ab iiſdem provinciæ Aſiaticæ Romanorum ſic uno & communi nomine dicuntur.

AD CAPUT XIV.

EGO VERO GRÆCORUM SACRA COLEREM.) Siram dicit eſſe Chriſtianam, ſe *ἕλλην*. Sciendum in ſacris litteris, & SS. Patrum libris *ἕλληνας* dici gentiles, ſive ethnicos, homines nimirum Chriſtianæ religionis expertes, & ſimulacrorum cultores, quales Græci fuerunt. Et *ἑλληΐζειν* ſtolida & impia perſuaſione de diis teneri & imbutum eſſe ſignificat, cui *χριστιανίζειν* opponitur. Item *ἑλληνισμὸς* eſt *παιδεία ἑλληνικὴ*, ſeu *ἡ ἔξω θεία παιδεία*, græca, hoc eſt, ethnica, ſæcularis & extranea eruditio, litteræ profanæ, quibus *ἐγκύκλιος παιδεία* opponitur.

QUOD FEMINIS SOLET, ACCIDERE DESIIT.) *pag. 349.* Tertullianus lib. de reſurrect. carnis, menſes ſanguinum uberum tempore vacant. Contra Marcionem vocat tributum ſanguinis. Plinius menſtruos mulierum curſus. Ceſſatio hujuſcemodi curſus conceptum indicat, & in Sira, de qua ſermo eſt, indicavit. Cur autem palleant gravidæ mulieres cum virore quodam, docet Hippocrates. Quoniam purus illarum ſanguis ſemper quotidie e corpore deſtillat, & in fœtum deſcendit, unde augmentum ei accedit. Cumque minuitur ſanguis per corpus, neceſſario pallorem induunt, & debiliores evadunt.

NUMQUAM TU AUDERES IN MAG. REGEM SCOMMATA.) *ὁ βασιλεὺς* & *μέγας βασιλεὺς* tituli fuerunt regis Perſarum. Minime autem omnium objurgari & admoneri ſe reges patiuntur, tametſi nulli fere ſint, qui magis objurgatione & admonitione digna committunt. Proinde apud eos aſſentatoribus magis, quam admonitoribus ſolet eſſe locus. At Iſocrates ad Nicoclem *παιδὸς ὄντ᾽, καὶ τὰς πόλεις ἀνάγκη σοι πολλὰ συκοφαντεῖσθαι, μᾶλλον τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμᾶν τοὺς φίλους*. Fideles eaſtima, non eos, qui omnia & dicta tua, & facta laudarint, ſed qui etiam errata & delicta reprehenderint. Lib. 1. cap. 1. reprehenſionemque ut magiſtram optimam blanditiis & aſſentationibus antepone. Poteſtas enim admoneri ſe & condoceſieri ægre patitur. Verba ſunt Tiberii ad Mauricium ſucceſſorem. De admonitione ſeu objurgatione notatu dignum, quod ait Plutarchus præceptor morum graviſſimus. Remedia quædam principio mordent, & offendunt, poſtea ſunt jucundiſſima: ita ſalubriora monita initio ſunt nonnihil amara, correcto poſtmodum ſunt jucundiſſima.

AD CAPUT XVI.

ÆDES ILLA AD PEGEN.) Hoc templum (quemadmodum in hiſtoria Cantacuzeni cap. 17. lib. 2. annotavi) ad fontem Dei matri, ejuſdem monita, Leo Thraa Imp. excitavit. Locus, ſeu regio, & ipſa templi ſtructura, & fons iſte in medio ferine templi, a Nicephoro deſcribuntur lib. 15. cap. 25. & 26. Idem auctor librum de miraculis ibidem factis compoſuit.

IN LIBRUM SEXTUM.

AD CAPUT I.

EX OMNIBUS HIS PRÆSAGIIS IMP. INFAUSTA.) Sicut cometæ, ita quoque alia portenta regibus, & Imperatoribus dira plerumque minantur. Quare non

Digitized by Google

ſine cauſſa ab iiſdem timentur. Virgil. primum Georgicorum enumeratione complurium prodigiorum concludit, quæ necem Julii Cæſaris, & bella civilia poſtmodum ſecuta nuntiarint.

AD CAPUT II.

CITHARAM CURARE, QUOD ARMA TRACT. NESCIANT.) Nimis multos haberemus citharœdos, ſi, quicumque arma tractare neſciunt, citharæ ſe dederent. Sed melius eſt aliquid agere, quam otiari. Diogenes cum rudem quendam citharœdum omnes vituperarent, ſolus laudabat. Cauſſam rogatus, reſpondit, quod cum talis ſit, cithara ſe non latrocinio exercet. Ita profectò præſtat vel ludicris, quam malis artibus ſeſe alere, & pilam ludere, ſi id tibi quæſtui ſit, quam furari.

AD CAPUT IX.

CUSTODIÆ QUAM SCULTAM NOMINAT OBLIVISCUNTUR.) Scribendum opinor σκίλτων, & quia de cuſtodia militari, ſeu excubitoribus ſermo eſt, ſuſpicor vocem germanicam *Schiltwachi* hujus ſcultæ originem ac parentem eſſe. Conſtat enim ſatis, non latitudine tantum, ſed aliarum quoque linguarum vocabula poſterioribus præſertim ſæculis in ſermonem græcum immigraſſe. Certe in hac hiſtoria, Italica vox *torna torna* legitur.

Edit. Pariſ. pag. 250.

AD CAPUT X.

LONGOBARD. GENTIS PRINCIPEM ALBOINUM.) Florebant eo tempore (circa annum D. D. LXVI.) in Pannonia rei militaris atque armorum gloria Longobardi. Hanc gentem ſcribit Paulus diaconus Scandinaviam quandam inſulam ad Oceanum aquilonarem incoluiſſe, indeque in continentem Germaniam cum liberis uxoribuſque proiectam, certas ibi ſedes ac domicilium poſuiſſe. Poſt multos inde annos Pannoniam intraſſe, quæ ab Hunnis adhuc (qui & Abares dicebantur) incolebatur, atque eorum auxilio vicinos Gepidas prælio deleviſſe. Quo factum eſt, ut præter cæteros virtutis fama & rerum geſtarum gloria aætecelleret, tum, cum Gothi in Italia rerum potirentur. Præerat eis Alboinus Andoini filius, rex jam decimus numeratus, &c. Sigonius de regno Italiæ lib. 1. Idem rex Roſimundam Chunimundi Gepidarum regis filiam, quem in prælio interfecerat, in matrimonio habebat, cujus fraude quomodo interfectus ſit, vide eumdem Sigonium eodem libro.

AD CAPUT XI.

AFFIRMANT QUI HISTOR. NIHIL FAUST. CIVIT. PORTEND. QUOTIES MONSTRA.) Diligentes ſunt in monitris ac portentis narrandis hiſtoriographi, præſertim Livius, bovem locutum eſſe, pluiſſe lapidibus, & ſimilibus, quibus divinam iram mortalibus prænuntiari, multis exemplis patuit, quæ norunt, qui in hiſtoriarum lectione operam ac ſtudium conſumpſerunt. Inſigne quoddam prodigium ex 2. Machab. cap. 5. mihi occurrit, quo ſuprema calamitas Judæis ab Antiocho rege Syriæ importata, præmonſtrabatur. Deſcribitur autem his verbis. *Contigit autem per univerſam Hieroſolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtis, quaſi cohortes, armatos, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones facti commixtæ, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis diſtrictis, & telorum jactus, & auratorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant, in bonum monſtra converti.*

IN LIBRUM SEPTIMUM.

AD CAPUT III.

DE SATELLITIB. IMP. QUEM ROM. SCRIBONEM.) Scribones non ſolum erant chirurgi militum, ſed etiam δορυφόροι ἀμφὶ τὸ βασίλειον, ut in lib. 1. cap. 4. docuimus.

AD CAPUT IV.

FORMIDABANT, NE SI FUG. ASSEQ. REDINTEGR. PRÆLIUM.) Quia tum videlicet fugientibus ex deſperatione creſcit audacia; & cum ſpei nihil ſit, ſumit arma formido, ut ait Vegetius lib. 4. cap. 21. Habetque locum Virgil. illud.

Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

AD CAPUT V.

AQUA SE DEFICI NON SUSTINENTES, VINO SITIM CONSOL.) *Ἐφέροντο τοίνυν τὸ σπανιαῖον τῇ οἴνου κράσει, οὐκ ὀλίγῳ παραμυθούμενοι τὸ δίψος.* Si milites vino poterant ſolari ſitim, non erat cur aquam requirerent. Et apparet querela ridicula, conqueri deeſſe tibi aquam, cum habeas in promptu vinum. Cur præterea ſequentibus diebus rurſus ſitientes vinum non biberunt? Unde autem illis vinum, præſertim in tanto errore vlarum? Arbitror pro *οἴνῳ* legendum *ὕδατι*: nam hoc potu in ſumma ſiti militem aliquando uſum legimus. Et tale quid Rabſaces Senacheribi regis Aſſyriorum nuntius Hieroſolymitanis minitabundus prædicit, ni ſe illi dedant, *ut comedant ſtercora ſua, & bibant urinam ſuam*. 4. Reg. 18. & Iſaiæ 36. Omnino ab *ὕδατι* ſcripeum fuiſſe *ὄμβρῳ* exiſtimo: librarium autem hiſtoriarum imperitum, ac ſimplicem, eum id pro abſurdo duceret, *ὄμβρῳ* in *οἴνῳ* mutaſſe, miſericordia motum videlicet. Cretenſes obſidione Metelli ad ultimam uſque penuriam compulſi, ſua jumentorumque ſuorum urina ſitim torſerunt juſtius dixerim, quam ſuſtentarunt. Quia dum vinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne victor quidem pati coegiſſet. Valer. lib. 7. cap. 6. Biberunt item urinam ſuam Chriſtiani, extremâ ſitis magnitudine compulſi, ut prodidit memoriæ Gulielmus Tyrius belli ſacri lib. 8. cap. 7.

pag. 251.

AD CAPUT VI.

LIGNEO ANTISTITIS CUBILI TOT. NOCTES INCUBAR.) Mira pietas Mauricii. Nec ſtulte ſperavit id animæ luæ profuturum: quod omnes Catholici in contingendis, exoſculandis, circumferendis, venerandis ſanctorum corporibus, cineribus, oſſibus, qualibuſcumque demum reliquiis ſperare debemus: & eo magis, quod earum virtutem magnis & illuſtribus documentis in corporibus & animis hominum ſæpenumero declaratam legimus, & audimus. In viliſſimo lectulo S. Romoaldi cubuit Otho II. Imp. cum eum in Italia inviſiſſet: niſi quod cilicinum ſtragulum, ut corpori ſuo nimis hirtum & aſperum recuſavit. Conſtantinus Magnus inactata a tyrannis membra confeſſorum epiſcoporum, quos ad Nicænum Concilium advocarat, venerabundus exoſculabatur, quod ſe inde benedictionem & aliquid cæleſtis gratiæ conſecuturum ſperaret. Sigon. de Imper. occident. lib. 3. Verum iſte Joannes jejunator ex jejunio ſuo popularem captabat auram & ſanctitatem non habebat, ſed ſimulabat homo ſuperbus, qui ſibi primus ex Conſtantinopolitanis patriarchis nomen arrogare eſt auſus. Vide Cæſaris Baronii tom. 7. Annal. in Mauricii Imp. anno primo.

RERUM TRIST. HABERE PRÆSAG. AFFIRMANT.) Famis, bellorum, cladium, cædium, morborum, vaſtitatum regnorum atque urbium, exitiorum denique varlorum. Merito itaque Virgil. 1. Geor. vocavit diros cometas,

——*nec diri toties arſere cometæ*

Ineerti auctoris, οὐδὲν παρὰτον, ἔσις ἀ παιδὸς φέρει. quod quidam non invenuſte ſic expreſſit.

Heu numquam certa viſus ſine clade cometes.

Portendere autem hujuſmodi crinita ſidera occaſum principibus, vulgo perſuaſiſſimum eſt. Sveton. in Nerone. Stella crinita, quæ ſummis poteſtatibus exitium portendere vulgo putatur. Facete hujuſmodi oſtentum irriſit Veſpaſianus Imp. inquiens, ad regem Perſarum, non ad me pertinet: ille enim comatus eſt, ego calvus ſum. [Vide Symbolas noſtras in locum Maronis, quem protulimus.

AD CAPUT XV.

NAM SEPTEM EJUS FILII BUBONE.) Obſerva

ſupplicium ſacrilego divinitus impoſitum. Peſte inguinaria extinguuntur uno die ſeptem ejus filii. Supplicia porro ſacrilegorum etiam hac ætate & memoria noſtra, complura poſſent commemorari, ſi neceſſe foret. Illud Heliodori, qui ab Aſiæ rege Seleuco ad diripiendos theſauros, in templo Hieroſolymitano depoſitos venerat, quomodo ſcilicet a duobus *Edit. Pariſ. pag. 252.* angelis diriſſime flagellatus ſit, omnes norunt. Sexagenum eſt Machabæorum lib. 2. cap. 3.

AD CAPUT XVII.

NILUS OMNIUM FLUVIORUM ORBIS TERRÆ LATISS.) Quanta ſit ejus latitudo, ex eo colligi poteſt, quod Plinius ait lib. 5. cap. 9. inſulas ita innumeras ſpargit Nilus, quaſdamque tam vaſtæ magnitudinis, quamquam rapida celeritate, ut tamen dierum quinque curſu, non breviore tranſvolet. Clariſſima earum Meroe, & Elephantina. Ea eſt infra noviſſimum catarrhacten cccc. M. paſſuum.

OMNIUM FLUVIORUM ESSE DULCIS.) Spartianus in Peſcennio Nigro. Tanta fuit cenſura erga milites, ut cum apud Ægyptum limitanei milites vinum peterent, reſponderit, Nilum habetis, & vinum quæritis? Siquidem tanta illius fluminis dulcedo eſt, ut accolæ vinum non quærant.

IN LIBRUM OCTAVUM.

AD CAPUT I.

QUEM ROM. PRÆF. PRÆT. NOMINANT.) Translata in unius imperium republica, exemplo magiſtrorum equitum ab Imperatore creari ſolebat præfectus prætorio: cui dabatur plenior poteſtas ad emendationem diſciplinæ publicæ. Quibus initiis adeo is magiſtratus crevit, ut appellari a præfectis prætorio non poſſet. Credidit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus. Unde autem dictus ſit, patet ex Aſconio. Veteres, inquit, omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, prætorem appellaverunt. Unde & prætorium ejus tabernaculum dicitur, & in caſtris porta prætoria, & bodie quoque præfectus prætorio. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, præfectum prætorio dici eum, qui militibus iis præerat, quos Imperatores in ſui cuſtodiam allegerant, &c. Hæc ex libris Jureconſultorum. Vide Briſſonium de ſignificat. verborum juris libro decimo quarto. Simocatta dum coactorem tributorum per Oſieotem facit, non ſatis proprie videtur hac voce uſus.

AD CAPUT II.

BARBAROS ADHUC CRAPOLANTES OPPRIMUNT.) Similiter Cyrus genium ex præda curantes Scythas apud Juſtinum lib. 1. Ita Cyrus trajectis copiis, inquit, cum aliquantiſper in Scythiam proceſſiſſet, caſtrametatus eſt. Dein poſtera die, ſimulato metu, quaſi refugiens caſtra deſeruiſſet, ita vini affatim, & ea quæ epulis erant neceſſaria relinquit. Quod cum nunciatum reginæ eſſet, adoleſcentulum filium ad inſequendum eum cum tertia parte copiarum miſit. Cum ventum ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, velati ad epulas, non ad prælium veniſſet, omniſſis hoſtibus inſuetos barbaros vino ſe onerare patitur, priuſque Scythæ ebrietate, quam bello vincuntur. Nam cognitis his Cyrus reverſus per noctem ſaucios opprimit, omneſque Scythas cum reginæ filio interfecit.

AD CAPUT IV.

CLAVIS FERREA, QUÆ ROMAN. DESTRA.) Quid hoc vocis ſit, uſquam reperio. Similes ſunt aliæ quædam in hac hiſtoria, quarum ſignificata neſcias ubi quæras.

AD CAPUT V.

pag. 253.

AD DEI GENIT. ÆDEM, QUAM BLACHERNAS) Templum hoc a Pulcheria Aug. conſtructum eſt in ſuburbana regione, quæ Blachernæ dicebatur. Opus eſt ejus, inquit Nicephorus lib. 14. cap. 2. ſacrum Dei genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum ipſa illa Verbi matre, quod inhabitaret, judicatum domicilium: ſicuti filio ejus quod Sapientiæ vocatur. Cujus divinum tumulum, & ſepulcrales faſcias inventas, cum veneratione maxima ibi repoſuit. Quomodo autem veſtis B. Virginis Conſtantinopolim pervenerit, ſub Leone Imperatore, docet idem libro decimo quinto, c. 24. tametſi vult aliud templum eumdem Imp. condidiſſe, in qua veſtem hanc ſacram depoſuerit.

MARIÆ VIRG. QUAM DEIPARAM) Chriſtus natus eſt ex virgine, non quod deteſtanda ſit legitima commixtio: ſed quod ejuſmodi partus decebat Deum. Decebat namque creatorem non conſueto, ſed peregrino & admirando uti partu, ut pote omnium opificem. S. Ignatius epiſtola ad Hieronem diaconum.

AD CAPUT VII.

DUOR. COLOR. ET VIRID. FACT. DEDIT. POP. MULTITUDO) Aurigarum, ſive agitatorum ſocietates ludis Circenſibus factiones appellabantur. Earum ab initio duæ erant, a veſtium coloribus, quibus dum curſitarent induebantur, nomina ſortita, Alba cilicet & Rubea, ſive Ruſſata: qui cum certatim pedibus, ſive curribus inſidentes currerent, & magno populo Romano oblectamento erant, & ſacra Circenſia perficiebant. De quibus Tertullianus. Hæc, inquit, ab initio duo ſoli fuerunt colores: albus, & ruſceus. Albus hiemi ob nives candidas: rubeus æſtati ob ſolis ruborem voti erant. Sed poſtea tam voluptate, quam ſuperſtitione provecta, ruſſeum aliis Marti, alii Zephyris album conſectarunt, duobuſque adeptis, Praſino & Veneto, præſinum Terræ Matri, vel Verno (ob virorem,) Venetum Cælo & Mari, vel Autumno devoverunt. Ita ex duabus quatuor factiones factæ, Praſina, Ruſſata, Veneta, & Albata. Haſtenus ex Onuphrio de ludis Circenſibus lib. 2. cap. 10.

AD CAPUT VIII.

QUAM BYZANTII ECCLESIAM MAGNAM VOCANT) De conditoribus templi hujus ejuſque forma, item quale hodie viſatur, lege Petri Gyllii topographiæ Conſtantinopolitanæ lib. 3. cap. 3. & 4. Hujus Eccleſiæ magnæ, id eſt, Dei ſapientiæ extructæ, miras & magnificas ſane laudes ſæpe lego in Græcis ſcriptoribus. Teſtimonii cauſſa ponam aliquas. Sophiæ templum cogitationem mentis excedens, & immenſum opus, incredibilis forma, ſempiternæ aulæ imago, commune hominum, dicam etiam Angelorum delectamentum, & ſpectaculum, hoc divinum Dei Verbi Sapientiæ palatium. Nicephorus Præfatione hiſtoriæ ſuæ. Illud terreſtre cælum, nova illa Sion, quam conſtruxis ipſe Dominus, non homo: gloria illa univerſi orbis terræ: illud decus Eccleſiarum eminentiſſimum: illud omnium per orbem terrarum ædificiorum nobiliſſimum Dei templum. Ex Turcogræcia lib. 1. Longe ampliſſimum illud, ac diviniſſimum Dei Sapientiæ templum, cælum terreſtre, thronus gloriæ Dei, Cherubicum vehiculum, alterum firmamentum, factura manuum Dei, ſpectaculum, & opus eximium, totius orbis exultatio, illud elegans templum, & elegantibus elegantius. Georgius Protoveſtiarius, nondum Latine redditus chronographus, in Bibliotheca Bavarica.

AD CAPUT IX.

pag. 254

MARCIANISTIS AOGREGAT) Marcionem Tertullianus libro de carne Chriſti, interfectorem vetitatis appellat. Mera fuit calumnia hæc populi, furentis in caput Imperatoris ſui, Mauricium eſſe Marcioniſtam, cum ejus fidem Catholicam S. Gregorius Papa ſæpe laudet.

CA-

SIC THEODOSIUS NICÆAM DEFERTUR) Quæ Nicæa Priſcis, hodie Turcis Iſnica, urbs Bithyniæ metropolis, inter omnes hujus nominis (amplius enim octo fuerunt, quas Stephanus recenſet) præcipua, & ex primo Concilio ſub Conſtantino Magno ibidem celebrato inſigne, perpetuumque decus conſecuta: Eam deſcribit Gulielmus Tyrius belli ſacri lib 3. cap. 1. Antigoniam ab initio appellatam accepimus ab Antigono Philippi filio, qui eam condidit. Inde a Lyſimachi conjuge Nicæam dictam. Sabell. rerum Venetarum libro 5. Decad. 2. ubi ejus etiam expugnationem a Chriſtianis factam bello ſacro deſcribit.

AD CAPUT X

AD TYRANNUM CALYDON. AD CENTAURUM) A Cedreno ejus forma & mores ſic deſcribuntur. Statura fuit mediocri, deformis, terribilis aſpectu, rubente capillo, ſuperciliis coeuntibus, mento raſo, cicatrice in mala notatus, quæ ipſo iraſcente denigrabatur, vinoſus, mulieroſus, ſanguinarius, rigidus, in dicendo ferox, a miſeratione alienus, motibus ferus. De infeliciſſimis autem ſub ejus imperio temporibus idem his verbis. Illius ætate omne genus malorum in Romanum Imperium exundavit. Nam & hominum, & beſtiarum mortua eſt immenſa multitudo, & terra fruges negante, tum fames, tum graviſſimæ peſtes obortæ ſunt, hiemeſque fuerunt adeo ſævæ, ut congelaverit mare, ac piſces perierint.

AD CAPUT XI.

JUSTUS ES DOM. ET RECTUM JUDICIUM) Agnoſcere peccata ſua, & in pœna promerita, eaque infligta divinam juſtitiam commendare, Chriſtiani planè pectoris eſt. Memor itaque fuit Mauricius illius Michææ 7. *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei*: nec inſipienter egit, qui maluit ignominioſiſſime, & in tot ſuorum cædibus etiam ſæpius mori, quam ad futura, & numquam finienda ſupplicia reſervari.

DEINDE ET IPSE AMPUTATO CAPITE CONSUMITUR) Placet quaſi epiphonema quoddam adſcribere verba illuſtriſſimi Cardinalis Baronii Tomo Annal. 8. Ita quidem patefactum eſt horrendum Dei judicium adverſus Mauricium Imperatorem, dum de facinore haud pridem perpetrato perſoluit pœnam, ut licuit, talionis. Cum enim ipſe paſſus eſſet tot millia Chriſtianorum a diro barbaro immaniſſime cædi, quos minimo potuiſſet redimere pretio, reus factus innoxii effuſi ſanguinis, ipſe a tyranno una cum infontibus filiis crudeliſſime necatus eſt, nullo adjuvante, eripiente nemine. Sentiens vero ipſe, manum hanc eſſe Domini porrectam ad ulciſcendum, ſpecimen edidit probatiſſimi Chriſtiani, conficiens ſibi ex calice iræ Dei poculum medicinæ, quod ſibi prodeſſet ad peccatorum ſuorum purgationem, & perfectam ſalutem animæ conſequendam. Nicephorus narrat, legationem ad ſanctos viros ab eo miſſam hoc reſponſum retuliſſe. *Probat Deus converſionem tuam, & animæ ſalutem concedit, teque totamque familiam tuam collocat inter electos: ſed Imperii cum dedecore jacturam patiezis*. Hoc porro factum intellige, poſtquam Mauricius ſcelerum ſuorum pœnas æternas a Deo metuens, libellos ſupplices ſcripſit ad omnes Patriarchas & Monachos in omnia monaſteria, ut impetrarent ſibi a Deo huic pœnas in hac vita. A quibus autem & quomodo eidem nex iſta miſerabilis prædicta divinitus fuerit, vide apud eumdem Baronium.

AD CAPUT XII.

Edit. Pariſ. pag. 255.

OCCISORUM CORPORA FLUCTIB. MARINIS OBJECTA) Capita Mauricii filiorumque delata in campum juxta tribunal, ad fœtorem uſque ibi permanſiſſe, donec Phocas ea aufarendi, ac ſepeliendi poteſtatem conceſſit, a quibuſdam eſt proditum.

AD CAPUT XIII.

PHILIPPICI HYPOSTRATEGUS) Quærat aliquis, quæ tum Philippici fortuna fuerit, cum tot illuſtres Phocas e medio tolleret. Cedrenus eum attonſo capite ſacerdotio initiatum, & ſectatum vitam quietam: conjugem quoque ipſius Mauricii ſororem idem feciſſe narrat Cedrenus.

AD CAPUT XIV.

De ſanguine ex martyris, S. Euphemiæ, inquam corpore ſtato tempore exſudante, etiam Nicephorus lib. 15. cap. 31. qui tamen addit, hoc fieri ſolitum non certo aliquo anni tempore: ſed pro eo atque Epiſcopi ipſius vitæ morumque ſanctitas ferret. Sic enim fertur, inquit, cum is qui Eccleſiam gubernaret, præclare viveret, & virtute exornatus eſſet, frequentius miraculum hoc exhibitum eſſe. Subjicit deinde de odore immenſo & naturæ captum, odoreſque omnes, quos ars humana conficit, ſupergrediente, qui in ſacrario percipiatur, ubi tumulus, & ſanctæ martyris reliquiæ aſſerventur. In eodem capite a principio templum S. Euphemiæ, & ſitum ejus amœniſſimum in regione urbis deſcribit.

AD CAPUT XV.

CONSTANTINAM CUM TRIBUS FILIAB. IN PRIVATAM DOM. INCLUDIT) Eam cum iiſdem filiabus poſt menſes octo gladio juſſit interfici. Ferunt igitur necata decem corpora imperatoria, & ſex quidem ita abjecta, ut narrat Simocatta. Poſtea longo intervallo in templum Mamantis martyris illata omnia. In communi eorum monumento hoc legebatur epitaphium, a Cedreno, & Nicephoro relatum, quod quia miſerabile, & quam fragili loco ſtent ſuperbi, egregie indicat, utraque lingua ſubjiciemus.

Α δ' ἐγὼ σχετάλιστε, ξ ἀμφοτέρων βασιλέων,
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίῳ τι δάμαρ,
Η πολύπαις βασίλισσα, πῇ ἐ δαίμων λοχεύει,
Ὡς ἀγαθὸν τελέθει πῇ πολυπαιδίη,
Καίρια σὺν τεκέεσσι, πῇ ἡμιτέρῳ παρεμείγη,
Δείμα ἀπαιδίης, πῇ μανίῃ σφετέρῃ.
Τῶν ἑκαέβοις ἐνὶ πολυχρύσοις, σῶν' Ἰουνίνα,
Αἱ ἀ τῶν Ναΐδων ἐμφυτοεἰμὶ πόνος.
Ναὶ ναὶ τὸν γενέτην, τί μέλλω τὰ τέκνα ἔλπεσθαι,
Ἀνδρώνων κενεὸς μοῖρ' ἀτελεύτητος;
Ἡμιτέρους σπατάλησι κατάσκιος ὄλεσε Ῥώμη,
Ῥίζα γὰρ ἐκλάβε θρηΐκιος ἀνέμου.

Imperatorum nimis ben miſeranda duorum
Uxor Mauricii, filia Tiberii:
Quæ demonſtravi numeroſa ſplendida prole
Eſſe etiam multos utiliter dominos,
Hic modo cum natis ſita ſum, miſeroque marito,
Stultitia populi, militis & rabie.
Deterlora tuli Coſſeide, ſive Jocaſta: pag. 256.
Sum Niobæ ſpirans, proh dolor, effigies.
Sons fuerit genitor: quid natos cædere fruſtra
Humanæ fraudis ſcia corda juvat?
Non jam Roma meis quæras ſub frondibus umbram,
Nam ſtirpem turbo diffidit Odryſius.

Romam hic non occidentalem, ſed orientalem, *viam Pauli*, *novam Romam*, hoc eſt, Conſtantinopolim intellige: quam non amplius ſub frondibus ſuis umbras capturam dicit, id eſt, uteri ſui Imperatores ac defenſores habituram, quoniam Thracius turbo, Phocas Thrax ſtirpem ipſius, omnes filios videlicet mactatu crudeli eruerit, atque confregerit.

RERUM ET VERBORUM
IN THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ
HISTORIA MEMORABILIUM
INDEX.

A

ABares in Thraciam vaſtabundi ſe infundunt. 166.
Abarum complures obtruncantur. 170.
Abares ad Iſtrum non eſſe germanos, & unde illis hoc nominis. 258.
Abares unde in Europa, & qua occaſione hoc nomen aſſumpſerint. 259.
Acbas caſtellum a Romanis oppugnatur, & a Perſis ſupervenientibus liberatur. 150.
Acierum utrinque diſpoſitio. 157. 191. & 226.
Adormaanes Romanorum loca populationibus miſcet, ſuburbana Antiochiæ ædificia demolitur, Apameam incendio fœdat. 186.
Ætni montis luculenta deſcriptio. 165.
Æthiopes albi ad Septemtrionem, 260.
Alexandri Magni ambitio. 210.
Alexandriana locus unde dictus. 225.
Alexandri martyris templum, 241.
Alexandri Centurionis Romani adverſum Sclavos viriliter adminiſtrata. 244.
Alexandri martyris templum & cineres. 264.
Alexandrum martyrem propter, peſtilentia divinitus irrogata barbaris. 265.
Alexander homo nefarius ad litem de loco ſtationis inter factiones componendam mittitur: in Coſmam Tribunum eſt contumelioſus ac violentus: eum Veneti ulciſcuntur; quorum vox male evenit. 283.
Anachonum miſſi ducem occidunt, caput ejuſdem, Choſroæ tranſmittunt. 220.
Anchiales devaſtatur: vici propinqui hoſtiliter diripiuntur. 241.
Annona militum contracta. 177.
Anſimuthus peditatus Thracii præfectus capitur. 166.
Antiochiam Perſarum condidit Choſroes. 224.
Antiochiæ Perfidis cives fugitivos & Varami factionem poſcunt, in ducem & deditios animadvertunt, Judæos quoque tyranni adminiſtros trucidant. 234.
Aphraates dux Perſicus occidit. 182.
Aphumi caſtellum a Perſis oppugnatur. 150.
Aphumos petunt Romani. 163.
Apperia caſtellum, 170.
Arabia, & urbes uſque ad Tigrim Choſroæ traduntur. 223.
Ardagaſtus fugit, pugnat, rurſum fugit, flavium tranat. 243.
Ariolorum falſa prædictio. 193.
Ariſtobulus palatii præfectus, milites ad officium revocat. 179.
Armenii Prætore ſuo jugulato, rebus novis abutuntur operam. 180.
Artos Romanorum ſocios Chaganus delere cogitat. 278.
Arzanena regio direpta. 152.
Arzanenam Romani vaſtant: incolæ ſub terram ſe abdunt, a captivis produntur, reſono pulſu explorantur & eduntur. 261.
Arzaneni duces duo ad Romanos tranſeunt, locum caſtello excitando oſtendunt. ibid.
Ave Maria, teſſera Romanorum. 228.
Auguſta urbs expugnatur. 243.
Aureorum viginti millia ad priora octoginta ſpondentur. 245.

B

BArbarorum clamores & tumultus, 257.
Barbari in montem confugiunt. ibid.
Barbari ex elephantis tela ſpargentes, Romanis ſuccumbunt, beſtiæ Choſroæ donantur, ſpolia leguntur, diſcedituv. 229.
Barbari captivi juſſu Priſci mactantur. 245.
Barbari occiduntur. 252.
Barbari pacem incaſſum petunt. 255.
Barbari quamobrem fugientes non ſint perſecuti. ibid.
Barbari cæduntur fuganturque. 256.
Barbari objectu plauſtrorum ſe tuentur: tandem fugam faciunt. 261.
Barbari clauſtra tranſitu prohibendo circumſident: a Romanis repelluntur. 264.
Barbari Dnziperam urbem occupant: in templum Alexandri martyris ejuſque cineres, eorum impietas. ibid.
Barbari vallum Romanorum oppugnant. Nuntius ad duces de periculo. Adeſt Priſcus. Viminacium educuntur rates. Conſligitur, occiſi ſque Romanorum trecentis, oppetunt barbarorum quatuor millia. 275. *Vide plura inferius in V. Præſtum.*
Bejudaes oppidulum infeſtiſſime oppugnatum Saperii militis ſingulari eximia que virtute capitur. 173.
Belli execratio. 285.
Beroen irrito conatu Chaganus oppugnat, incolis ſtrenue reſiſtentibus, qui tandem non grandi pecunia obſidionem redimunt. 271.
Bindoen virum illuſtrem frater e carcere eripit. 199.
Bindois in Hormiſdam maledicta. ibid.
Bindoes orationem Hormiſdæ irridet, & in eum, ut multimodis ſceleratum, divus jovehitur, refutat etiam, ex quibus ſeſe commendaverat. Pandem capite puniendum pronunciat. 202.
Bindoes in vinculis adducitur. 209.
Bindoes evadit, copias Andrabigano educit, Myſtaconem de ſtatu Choſroæ docet. 213.
Bindoes regiam pecuniam in militem erogat, ibid.
Bindoes in Tigridem projicitur. 233.
Bocolabras magus, Scytha genere, cauſa peſſumdati fœderis. 146.
Bryzacius dux Perſa a Romanis captus, auribus & naſo mutilatur. 223
Bryzacius inter epulas adductus illuditur atque interficitur. ibid.
Buſa miles fortiſſimus venationi intentus capitur, & a ſuis nec precibus nec lacrymis lytrum impetrat. 171.
Buſa docet Abares fabricare machinam expugnatoriam, cujus adactu proſtraris mœnibus, oppido potiuntur, ibid.

C

CAbades quemadmodum erepto ſibi regno in carcerem miſſus, inde uxoris beneficio evaſerit, regnumque recuperaverit. 203.
Cædes utrimque plurima. 158.
Callinicum oppidum. 204.
Captivi redduntur: ob id a Mauricio Priſcus reprehenditur. 248.
Captivi Chagano petenti Imperatoris auctoritate reſtituuntur. 277.
Carcer Giligerdi caſtelli, in quem diverſi mortales includebantur: unde ſe & alios per cædem Romani eximunt. 180.

Cardariganus Monocartum frustra invadit: latrocinüis & incendiis grassatur. 152.
Cardarigani fastus. 156.
Cardariganus Magos consulit. ibid.
Cardarigani insaustum stratagema. 159.
Cardariganus a Darenis excluditur cum convitiis. ibid.
Cardariganus cum manu bellandi imperita in Romanos sese agit. 162.
Carthaginensium motus. 257.
Castella multa diruuntur. 193.
Castus fortuna prospera elatus, Comentiolum deserit, in calamitatem incidit. 165.
Casti agmen timore perculsum dissipatur. 166.
Castus, & cum eo multi in potestatem veniunt. ibid.
Cervorum grex occurrit: a satellitibus insequentibus plurimi funduntur. 237.
Chaganus elephantum spectandum, lectum aureum, & præter pactam in fœdere pecuniam, xx. millia ab Imp. posc̃it. 142.
Chaganus fœdus rumpit. ibid.
Chaganus excandelcit, Comentiolum punit atrocius, 145.
Chaganus iterum fœdus pessumdat, & qua de causa, 147.
Chaganus fugæ beneficio servatus, 164.
Chaganus ex falso terrore fugit, 170.
Chaganus Apperiam castellum adoritur. ibid.
Chaganus a Diocletianopoli, Philippopoli, & Adrianopoli repellitur. 172.
Chaganus pactam pensionem augeri poscens nec impetrans, bellum movet: Sclavis naves imperat. 239.
Chagani voluntate Singidon obsidione liberatur. 240.
Chagani iter: Alexandri martyris templum incendit: a Romanis speculatoribus nec flagris extorquere veritatem potest: Drixipera adoritur: inde divino quodam viso exterritus abit. 241.
Chaganus fictis a Mauricio ad Priscum litteris in terrorem datus, parva accepta mercede recedit. ibid.
Chaganum sui a bello dehortantur: ejus arrogantiam Priscus per Theodorum medicum sapienter castigat, 248.
Chaganus mutat mentem, partemque prædæ a Prisco postulat. ibid.
Chaganus de violato fœdere querimoniam habet, & muneribus placatur, 255.
Chaganus Singidonis mœnia diruit, populum ad hostes demigrare cogit. 261.
Chagani de jure finium regundorum violato expostulatoria oratio, in qua officii in pace conservanda tuendoque fœdere Priscus serio monetur. ibid.
Chaganus aperte fœdus solvit. 261.
Chaganus in Dalmatia urbem, & quadraginta castra expugnat. 262.
Chaganus mœret, ibid.
Chagani singularis & insperata in commeatu Romanis ad dies sacros sufficiendo liberalitas: petenti Priscus vicissim donat aromata. 263.
Chagani septem filii uno die moriuntur, cui calamitoso historicus insultat. 265.
Chagani luctus acerbissimus. ibid.
Chaganus fines Romanorum vastat, quo mandante, Istri transitus a quatuor ejus filiis custoditur: in ripa certamine edito barbari vincuntur, 273.
Chagani astus. 276.
Chaganus ad reducendos qui a se defecerant, varios modos investigat. 279.
Chagani cujusdam victoriæ. 258.
Chiliarchi oratio de hostibus non invadendis, a paucitate militum, ab accepta recens calamitate, 167
Chlomarum castellum Romani obsident. 161.
Chlomari obsidione Romani absinent. 162.
Chosroæ senioris in Romanos expeditio. 186.
Chosroæ turpis reversio, ejusdemque lex de Romanis in posterum bello non lacessendis. 191.
Chosroes Hormisdæ filius, periculi metu fugit, accepta fide in regnum redit. 199.
Chosroes in solio cum acclamationibus locatur. e-

Theoph. hist.

jus in patre captivo alendo liberalitas: qui tamen omnia addita verborum asperitate rejicit, jussuque filii usque ad necem fustibus contunditur. 204.
Chosroæ hypocrisis. Varamum donis & pollicitationibus frustra tentat, a quo per epistolam cum fastu scriptam, de seditiosis in carcerem revocandis monetur. ibid.
Chosroes rex ad procerum confessum de litteris Varami refert, ad iram ab iisdem extimulatur, ejusdem cautio. 203.
Chosroæ litteræ ad Varamum, quibus fastum ejus excusat, culpam in scribam facere transfert, negat se facturum quæ postulet, spiritus regios ostendit. ibid.
Chosroes contra Varamum delectus agit, duces præponit: copiæ fluvio separantur: frustra colloquuti, ad velitationes veniunt. 206.
Chosroæ timiditas. ibid.
Chosroes suspectos interficit, noctu invaditur: multa cædes editur, multi ad Varamum deficiunt, etiam ipse Chosroes fugam init. ibid.
Chosroes consultat quo se vertat: Christianorum Deum invocat, fræno dimisso equi gressum sequitur, Circesii a Probo humaniter accipitur. 207.
Chosroæ litteræ ad Mauricium. Duo esse imperia omnium maxima, Romanum & Persicum. Accusatio Varami, contra quem concitatur Imper. & auxilium rogatur. 208.
Chosroes a Mauricio per ducem Comentiolum honoratur. 209.
Chosroæ impostura. ibid.
Chosroes ut vafer & malæ fidei reprehenditur: eum ad se venire Mauricius non vult. 210.
Chosroes ut ingratus castigatur. 213.
Chosroes in adversa fortuna Sergii martyris opem, cum promissione crucis aureæ lapillis distinctæ implorat. 219.
Chosroes religionem Christianam prædicans, Mauricioque de secundis rebus suis significans, auxilium & pecuniam mutuam petit, 220.
Chosroes rex acclamatur, a Darenis honorifice excipitur, veniam petit, templo ejicitur, muneribus regiis a Mauricio ornatur. Daram oppidum Imperatori donat, a quo filii appellatione cohonestatur. 221.
Chosroæ per Singarum adversus Varamum delecta mamus. 222.
Chosroæ custodia Romana attribuitur: ex Armenia copiæ exspectantur. 223.
Chosroes manipulos, vires hostium exploratum dimittit. ibid.
Chosroes prosperitate sua lætus, ducem Romanum acuit, duces Romanos atque Persas convivio excipit. ibid.
Chosroes nuntiis lætissimis afficitur. 227.
Chosroes & Varamus quantum exercitibus valuerint. ibid.
Chosroæ in captos sævitia. 228.
Chosroæ ob partam victoriam lætitia: Romanos, parum gratus domum remittit, ab iis de officio admonetur: mille custodes corporis Mauricium rogat, 229.
Chosroes Sergio Martyri crucem auream & gemmatam dono fert. Epistola ejusdem de voto suo. Posthabita lege Persica, Siram fœminam Christianam ducit, reginamque renunciat. 231.
Chosroes prolem a Sergio martyre contendit: cum donis epistolam mittit, qua se voti compotem evasisse narrat, cum singulari erga sanctum reverentia, & christiane prorsus. 232.
Chosroæ vaticinia de Rom. Persarumque imperiis: quæ item Probo Episcopo Chalcidensium præmunierit. 233.
Chosroes de fœdere solvendo cogitat: Mauricii ad eum legatus inhumaniter habetur, aditusque regis diu excluditur. Admissus tandem, Chosroen ad pacem reducit, eumque de præteritis docet. 274.
Chosroes Mauricii ulciscendi, bellum Rom. infert. 290.
Chubdanensium Principis mors quemadmodum

ab ipſius concubinis lugeatur : & plura ſuper Chubdan urbe. 260.
Chubriadanes inſpector regius. 198.
Civium per urbes regias ſuper geſtis admiratio. 199.
Comentioli liberior & minacior apud Chaganum, ejuſque optimates oratio. 143.
Comentiolus a Chagano punitur atrociter. 145.
Comentioli ducis memoranda virtus, in cædendis fugandiſque Sclavis. 145.
Comentiolus fidei violatæ, timiditatiſque reprehenditur. 165.
Comentioli conſultatio cum primoribus, & ad conſtanter dimicandum cohortatio. 166.
Comentiolus Philippico ſuccedit. 180.
Comentiolus cum Perſis acie congreſſus fugit. 182.
Comentiolo duci adventus Choſroæ, & quid ab Imperatore petat, ſignificatur. mittitur cum epiſtola nuntius ad Mauricium. 207.
Comentiolus rogatu Choſroæ abdicatur. 220.
Comentiolus Chaganum contra ſe venientem timens, retrocedit : milites ad Istrum urbem, velut proditi, probris eum conſcindunt. 263.
Comentiolus de permutatis ordinibus reprehenditur : ejus aſtus. 264.
Comentiolus ut ignavus fugitur Driziperis ingreſſu contumelioſe arcetur. *ibid.*
Comentioli in urbem Conſtantinopolim reditu, formido immodica malorum cives inceſſit : Imperator copias ad longum murum defendendum mittit. 265.
Comentiolus proditionis poſtulatus, & inciſa accuſatione dux denuo conſtituitur, ad Istrum abit, ſeque cum Priſco apud Singidonem conſolatur. 274.
Comentiolus Viminacii ægrotat. 273.
Comentioli abſentia eaculatur. *ibid.*
Comentiolus e morbo recreatur : Byzantium ad hyberna profecturus, ducem viæ Trajani apud Nobenſes quærit, quibus dare abnuentibus, irascitur, duoſque capite multat, monetur de ſene quodam hujus viæ non ignaro, qui cum verba commutat & litigat : magnitudine frigorum Romani multi & jumenta eo itinere pereunt : Philippopoli hiemat. 277.
Comentiolo urbis defenſio creditur. 281.
Cometæ oſtentum, & de cometis eruditorum ſententiæ. 257.
Concha Glyceriæ martyris, miraculo inſignis. 149.
Conflictus apud caſtra. 259.
Conflictus ad caſtellum. 240.
Conſtantina Auguſta, ejuſque nuptiæ magnificentiſſimæ. 148.
Conſtantinam Imperatricem cum tribus filiabus in privatas ædes contrudit Phocas. 290.
Conſtantini cujuſdam viri clariſſimi domus incenditur. 282.
Crux aurea lapillis diſtincta, promiſſa. 219.
Crucis ſignum in frontibus Turcarum. 228.
Cteſiphontæi fama conterriti, deditionem decernunt. 224.

D

Dæmonum nequitia. 193.
Dara a Perſis capitur. 187.
Deo pro victoria cum lacrymis ſupplicatur. 157.
Deiparæ ædis aſylum : ejus conditor Cyrus qualis fuerit. 281.
Domenziolus turbas componit. 284.
Domitianus Epiſcopus feſtum diem indicit, concionem gratulatoriam habet. 213.
Domitiani feſtiviſſima concio ob receptam Martyropolim, qua populus ad lætitiam invitatur, clementia Imperatoris eximie commendatur, exemplum humanitatis Jeſu Chriſti ſervatoris noſtri inducitur, Perſiſque hoſtibus inſultatur, &c. 215.
Domitiani Antiſtitis ob ingreſſum Choſroæ in templum minæ. 221.
Domitianus milites ad fortiter præliandum atque ad mortem contemnendam egregia concione inflammat. 222.
Domitianus Melitenenſis Epiſcopus ab hiſtorico commendatur. 284.
Donativum datur militibus. 160.
Driziperæ urbs. 264.

E

Epiſcopus legatus ſpernitur. 178.
Epiſcopi Edeſſeni irrita legatio. *ibid.*
Epiſtola nomine Romanorum ad cives Antiochiæ Perſidis. 225.
Equus Imperatoris derepente diſruptus moritur : ex eventis futura mala mœſtus auguratur. 237.
Euphemia ſancta martyr, deque ejus corpore Chalcedone miraculum : ſudor videlicet ſanguineus in die anniverſario ejus martyrii : qui ſpongiis collectus in vaſculis populo diſpertitur : quo pacto Mauritius incredulus fidem commultis lacrymis habuerit, & ſumma in poſterum veneratione martyrem proſecutus ſit. 289.
Euphratis deſcriptio. 224.
Exercitus tres in unam conjunguntur. 227.
Exercitus duci mirabiliter reconciliatur. 244.
Exercitum mille ante ambulant, qui cum Sclavis prædam opinam ducentibus pugna congrediuntur. 252.
Exercitus ambo ſub iiſdem tentoriis pacifice degunt, feſtis tranſactis ſeparatur. 263.
Exploratores mille a Petro miſſi, in mille Bulgaros incidunt, quos telis appetunt. 255.
Exploratores capiuntur : modus capiendi. *ibid.*

F

Factionis utriuſque numerum Tribuni profitentur : Earum factionum vituperatio. 280.
Falſus rumor in caſtris Romanorum. 259.
Falſo ex terrore clamor exercitum diſturbat. 270.
Fœdus ignominioſum inter Abares & Romanos ictum. 142.
Fœdus inter Romanos & Perſas. 188. & 233.
Fœdus Chagani cum Taugaſtenſibus. 260.
Francorum rex pro ſocietate tributum poſtulans, nihil agit. 239.
Fuga militum nocturna & miſera. 263.

G

Gennadii adverſum barbaros victoria. 257.
Gepidæ hominis in quodam ſtipatore propter ornatum veſtitus trucidando ſcelus neſarium. 237.
Gepida hoſtium myſteria enuntiat, regemque ſubita irruptione capiendum ſuadet. 245.
Gepida ad regem deludendum opera ſpondet : donis & promiſſis a Priſco bonnatur : qua ratione rex barbarus circumſcriptus oppreſſuſque ſuerit. *ibid.*
Gepida ſatellitis imperatorii interfector quomodo deprehenſus fuerit, & ut ſe mendaciis defenderit : ejuſque ultimum ſupplicium. 246.
Germanus Epiſcopus Damaſci honeſtiſſime a Priſco habetur : cur ab eo Monocartum ductus. 177.
Germanus, quanquam multum repugnans, dux cooptatur. 178.
Germanus Imperatori invadendæ tyrannidis ſuſpectus, fruſtra ſe tuetur. In ædem Deiparæ pro aſyloconfugit. Stephanus pædagogus filiorum Imper. ad eum evocandum mittitur. In Sophiæ templum tranſit. 281.
Germanus denuo ad exeundum ſollicitatus, Andreæ pii viri hortatu eodem recurrit. 282.
Germanus Imperium ambit : Praſinis ſibi adverſantibus, Phocam ſequitur. *ibid.*
